

ALIM – Archivio della latinità italiana del Medioevo

Annales Ceccanenses

Edizione: *MGH, Scriptores, XIX*, Hannoverae 1866, pp. 275-302.
Monumenta Germaniae Historica, Scriptores 19, Hannover 1866, pp. 275-302

p. 276

Cronicon graece, latine dicitur tempus; inde cronica tempora. Octavianus Augustus imperavit annis 56. Anno nono imperii eius ab eodem Octaviano Augusto annus bissextus inventus es, et ciclus solaris constitutus est 33. anno imperii eius.

p. 277.

Postmodum autem 39. anno imperii eiusdem facta est descriptio universi orbis per edictum Caesaris sub praeside Syriae Cirino. Hoc anno in Syria facta est descriptio a praeside Cirino, quae vel sic dicitur era solvendo aere, vel ab hoc quod est ibi scriptum:

Exit edictum, dicta est indiction prima,

5 *In cuius quarto rerum Davidica virgo
Parturiit solem Syon inducens Salomonem. .
Ungitur in regem, pacis praefert sibi legem.
Sicque tenens apicem diiudicat hic meretricem.*

Anno Domini primo indictione 4. anno 42. imperii Octaviani Augusti natus est IESUS CHRISTUS filius Dei in

10 Betleem Iudee ex Maria virgine. Post nativitatem domini nostri IESU CHRISTI Octavianus Augustus imperavit annis 14. 12. indict. 15. Hoc anno remansit puer Jesus in Hierusalem, quando invenerunt eum parentes eius in templo in medio doctorum audientem illos, et interrogantem.

15 15. ind. 3. Tiberius imperavit annis 18 usque ad annum, quo passus est dominus noster Jesus Christus.

30 30. indict. 3. Hoc anno baptizatus est dominus noster Jesus Christus a Iohanne.

15 33. indictione 6. Hoc anno passus est dominus noster Jesus Christus. Post passionem Domini Tiberius imperator imperavit annis 5.

34. indictione 7. post passionem Domini beatus Petrus apostolus princeps apostolorum, filius Iohannis provinciae Galileeae, vico Bethsaida, frater Andreeae, tenuit sacerdotalem cathedralm annis 7 in Antiochia.

39. ind. 12. Gaius, qui et Caligula, annis 3, mens. 10, diebus 8.

20 42. ind. 15. Claudius imperavit annis 14, mens. 7, diebus 28.

44. ind. 2. deinde sanctus Petrus venit Romam, ibique 25 annis et mens. 7 et diebus 8 catedram sacerdotalem .tenuit.

56. ind. 14. Nero imperavit annis 13, mens. 7, diebus 28.

69. ind. 12. Linus Italicus de regione Tusciae patre Aesculano sedit annis 11, mens. 3, diebus 11. Hic constituit ex pracepto beati Petri apostoli, ut mulieres in ecclesiam velato capite introirent. Galba mensibus 6.

70. ind. 13. Vespasianus imperavit annis 9, mens. 11, diebus 12.

80. ind. 8. Cletus natione Romanus de regione Vicopatritii, patre Aemiliano, sedit annis 11, mense 1, diebus 11. Titus annis 3.

83. ind. 11. Domitianus imperavit annis 13, mens.

30 91. ind. 4. Clemens natione Romanus de regione Caelio monte, ex patre Faustino, sedit annis 9, mens. 2, diebus 10. Hic dum multo, libros zelo fidei christianaee religioni, ascriberet, martirio coronatur. Hic fecit septem regiones, dividit notariis fidelibus ecclesiae, qui gesta martirum sollicite et curiose, unusquisque per regionem suam, diligenter perqu

96. ind. 9. Nerva anno 1 et mens. 3.

35 98 ind. 11. Traianus annis 19.

100. ind. 13. Anacletus natione Graecus de Athenis, ex patre Antioco sedit annis 9, mens. 2, diebus 10, et cessavit episcopatus eius diebus 13. Hic memoriam beati Petri apostoli construxit et composuit.

109. ind. 7. Evaristus natus Graecus ex patre Iudeo nomine Iuda de civitate Betleem, sedit annis 10. Hic titulos in Urbe constituit, et divisit presbiteri,, et 7 diacones constituit, qui custodirent episcopum praedicantem propter stylum veritatis.

40 118. ind. 1. Hadrianus imperavit annis 21.

120. ind. 3. Alexander natus Romanus ex patre Alejandro, de regione Caput Tauri, sedit annis 8, mens. 5, diebus 2, et cessavit diebus 35. Hic passionem Domini miscuit in praedicatione sacerdotum, quando missae celebrantur. Hic

- constituit aquae sparsiones cum sale benedici in cubiculis hominum.
- 45 128. ind. 11. Sextus natus Romae ex patre Pastore, regione Via lata, sedit annis 10, mens. 3, diebus 21, et cessavit diebus 9. Hic conatituit, ut ministeria sacra non tangantur nisi a ministris. Hic constituit, ut quicumque episcoporum evocatus fuisse ad sedem apostolicam, et rediens ad parochiam suam, non susciperetur nisi cum litteris patriarchae salutationis plebi, quod est formata.
139. ind. 7. Telesphorus natus Graecus ex anachoreta, sedit annis 11, mens. 3, diebus 22, et cessavit diebus 7.
- 50 Hic constituit, ut 7 ebdomas ante iejunium celebrarentur, et 3 in natale Domini missae celebrarentur. Nam omni tempore ante horae 3. cursum nullus praesumat celebrare, qua hora Dominus noster ascendit crucem, et ante sacrificium ymnus dicetur angelicus, hoc est Gloria in excelsis Deo. Antoninus Pius cum filiis sui, imperavit annis 22, mens. 3.
150. ind. 3. Yginus natus Graecus de Athena, cuius genealogia non invenitur, sedit annis 4, mens. 3, diebus 6. Hic clerum composit et distribuit gradus.
- 55 154. ind. 7. Anicetus natione Sirus ex patre Ioanne de Vico Mirra, sedit annis 9, mens. 3, diebus 4. Hic constituit ut cleris comam non nutriret secundum praeceptum apostolorum.
161. ind. 14. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio imperavit annis 19.
163. ind. 1. Pius natus Ytalicus de civitate Aquileia, ex patre Rufino, sedit annis 11, mens. 3, diebus 21, et cessavit diebus 14, sub cuius temporibus episcopus Ermem librum scripsit, in quo mandatum continet, quod ei praecepit angelus Domini, cum venit ad eum in habitu pastoris, et praecepit ei, ut sanctum pascha die dominico celebraretur. Hic constituit a Iudeo haereticum venientem suscipi et baptizari, et constitutum fecit de ecclesia.
- 60 174. ind. 12. Soter natione Campania, ex patre Concordio de civitate Fondi, sedit annis 9 et mens. 3, diebus 21, et cessavit diebus 22. Hic constituit ut nulla monacha pallea sacra contingere, nec incensum ponere in sanctam ecclesiam.
- 65 180. ind. 3. Commodus post Antoninum imperavit annis 13.
183. ind. 6. Eleuterius natus Graecus ex patre Abundio de oppido Nicopoli, sedit annis 15, mens. 6, diebus 5, et cessavit diebus 6. Hic accepit epistolas a Lucio rege Brittonio, ut christianus fieret per eius mandata, et hoc iterum firmavit, ut nulla esca usualis a christianis repudiaretur, maxime fidelibus, quod Deus creavit, quae tamen rationalis et humana est.
- 70 193. ind. 1. Helvius Pertinax, et Severus imperavit annis 19.
199. ind. 7. Victor natus Afer ex patre Felice, sedit annis 10, mens. 2, diebus 10, et cessavit diebus 12. Hic constituit ut sanctum pascha die dominico celebraretur, sicut et Pius. Hic fecit frequentes clericos, et constituit, ut

p. 278

- necessitate faciente, ubi inventus fuisse sive in Rumine sive in mari sive in fontibus, tantum christiana confessione credulitate clarificata, quicunque hominum ex gentile veniens, baptizaretur.
209. ind. 2. Zeferinus natione Romanus ex patre Abundio, sedit annis 9, mens. 6, diebus 10, cessavit episcopatus diebus 6.
- 5 212. ind. 5. Antoninus Caracalla imperavit annis 7.
218. ind. 11. Calixtus natus Romanus ex patre Dometio de regione urbe Ravennatum, sedit annis 5, mens. 2, diebus 10, et cessavit diebus 6. Hic constituit iejunium die sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini et olci, secundum prophetiam, quarti, septimi, et decimi. Hic fecit basilicam sanctae Mariae Transtiberim.
219. ind. 12. .Vocrinus anno 1.
- 10 220. ind. 13. Antoninus Aurelius imperavit annis 3.
223. ind. 1. Alesander imperavit annis 13.
225. ind. 3. Urbanus natus Romanus ex patre Pontiano, sedit annis 8, mens. 11, diebus 12, et cessavit diebus 30. Hic fecit mysteria sacra omnia argentea. Hic sua traditione multos convertit ad baptismum
233. ind. 11. Pontianus sedit annis 5, mens. 2, diebus 2.
- 15 236. ind. 14. Maximus imperavit annis 3.
238. ind. 1. Antheros sedit annum.
239. ind. 2. Fasianus natus Romae ex patre Fabio, sedit annis 14, mens. 11, diebus 11, et cessavit diebus 7. Hic regiones divisit diaconibus, et fecit 7 diacones, qui 7 notariis imminerent, et gesta martyrum in integrum colligerent, et multas fabricas per cimiteria fieri praecepit. Gordiaus imperavit annis 6.
- 20 245. ind. 8. Filippus cum Filippo filio suo imperavit annis 7. Hic primus imperator christianus fuit.
252. ind. 15. Decius anno 1, mens. 3.
253. ind. 1. Cornelius sedit annis 2, mens. 5, diebus 10. Gallus cum Volusiano annis 2, mens. 4.
255. ind. 3. Lucius sedit annis 3, mens. 3, diebus 3
257. ind. 5. Valerianus cum Galieno filio imperavit annis 15.
258. ind. 6. Stephanus sedit annis 4, mens. 3, diebus 2.
262. ind. 10. Sixtus sedit annis 2, mens. 6, diebus 8.
264. ind. 12. Dionysius sedit annis 2, mens. 3.
266. ind. 14. Felix sedit annis 2, mens. 10, diebus 25.

268. ind. 1. Euticianus sedit annis 9, mens. 10, diebus 4, et cessavit diebus 8.
 30 272. ind. 5. Claudius imperavit anno 1, mens. 9.
 275. ind. 8. Aurelianus imperavit annis 5.
 277. ind. 10. Gaius sedit annis 11, mens. 3, diebus 9, et cessavit diebus 11.
 280. ind. 13. Tacitus mens. 6.
 281. ind. 14. Probus imperavit annis 6, mens. 3.
 35 287. ind. 6. Karus cum Karino et Numerianus annis 2.
 289. ind. 8. Marcellinus sedit annis 7, mens. 2, diebus 25, et cessavit annis 7, mens. 2, diebus 25. Diocletianus cum Maximiano annis 2, Constantius et Licinius imperavit annis 15.
 304. ind. 7. Marcellus sedit annis 6.
 306. ind. 9. Maximus Galerius imperavit annis 3.
 40 309. ind. 12. Constantinus imperavit annis 30, mens. 10.
 310. ind. 13. Eusebius sedit annis 2, mens. 2.
 312. ind. 15. Melchiadis sedit annis 3, mens. 7, diebus 8, et cessavit diebus 16.
 316. ind. 4. Sylvester sedit annis 23, mens. 10, diebus 11, et cessavit diebus 15.
 339. ind. 12. Constantius cum Constantino et Constante fratribus imperavit annis 24.
 45 340. ind. 13. Marcus sedit annis 2, mens. 8, diebus 20. Sanctus Hilarius claruit, primus Latinorum theologus.
 343. ind. 1. Iulius sedit annis 11, mens. 2, diebus 7, qui sub Constantino imperatore 10 mensibus exilia et tribulationes perpessus, post mortem cum magna gloria ad suam sedem reversus, et quievit in pace. Hic constituit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in ecclesia, et sine causatione, vel strumenta, aut donationes aut manumis in ecclesia a clericis celebrarentur.
 50 354.1. ind. 12. Liberius sedit annis 10, mens. 7.
 363. ind. 6. Iulianus annis 2, mens. 8.
 364. ind. 7. Felix anno 1.
 365. ind. 8. Iterum Liberius sedit annis 5. Iobinianus mensibus 7.
 366. ind. 9. Valentinianus cum fratre Valente imperavit annis 10.
 55 370. ind. 13. Damasus sedit annis 18, mens. 7, diebus 10, et cessavit diebus 21.
 376. ind. 1. Valens cum Gratiano et Valentiniano imperavit annis 4.
 380. ind. 8. Gratianus cum Valentiniano fratre Theodosio imperavit annis 6.
 386. ind. 14. Theodosius imperator cum Valentiniano imperavit annis 11.
 388. ind. 1. Sirtius sedit annis 15, mens. 11, diebus 25, et cessavit diebus 20.
 60 397. ind. 10. Arcadius imperator cum Honorio imperavit annis 13.
 405. ind. 3. Anastasius sedit annis 2, diebus 22, et cessavit diebus 21.
 407. ind. 5. Innocentius sedit annis 15, mens. 2, diebus 20, et cessavit diebus 22.
 410. ind. 8. Honorius imperator cum Theodosio imperavit annis 15.
 422. ind. 5. Zosimus anno 1, mens. 8, diebus 25, et cessavit diebus 11. Hic constituit cereum sabbato sancto benedici in ecclesia.
 65 425. ind. 8. Bonifacius sedit annis 3, mens. 8, diebus 13, et cessavit diebus 9. Theodosius minor imperator cum Valentiniano genero imperavit annis 26.
 428. ind. 11. Celestinus sedit annis 8, mense 1, diebus 11, et cessavit diebus 21. Hic constituit psalmos David antiphones ad sacrificium.
 70 436. ind. 4. Sixtus sedit annis 8, diebus 19. Hic accusatus de adulterio fecit sinodum, purgatus est damnatis suis accusatoriis.
 444. ind. 12. Leo primus doctor sedit annis 21, mense 1, diebus 27, et cessavit diebus 7.
 452. ind. 5. Martianus et Valentinianus imperaverunt annis 7.

p. 279

459. ind. 12. Leo I. imperator imperavit annis 17.
 465. ind. 3. Hilarius sedit annis 6, mens. 3, diebus 10, et cessavit diebus 10.
 471. ind. 9. Simplicius sedit annis 15, mense 1, diebus 7, et cessavit diebus 6.
 476. ind. 14. Zeno imperavit annis 16.
 5 486. ind. 9. Felix III. sedit annis 8, mens. 11, diebus 17, et cessavit diebus 5.
 492. ind. 15. Anastasius imperavit annis 26.
 495. ind. 3. Gelasius sedit annis 4, mens. 8, diebus 19.
 499. ind. 7. Anastasius sedit anno 1, mens. 11, diebus 24.
 501. ind. 9. Simmachus sedit annis 15, mens. 7, diebus 28, et cessavit diebus 7.
 10 516. ind. 9. Hormisda sedit annis 10, diebus 18, et cessavit diebus 6.
 518. ind. 11. Iustinus imperavit annis 9.
 526. ind. 4. Ioannes I. sedit annis 2 et mens. 9.
 527. ind. 5. Iustinianus imperator imperavit annis 38.

528. ind. 6. Felix IV. sedit annis 4, mens. 2, diebus 13.
 15 532. ind. 10. Bonifacius sedit annis 2.
 534. ind. 12. Ioannes II. sedit annis 2, mens. 4.
 536. ind. 14. Agapitus sedit mens. 11.
 537. ind. 15. Silverius anno 1, mens. 5. Huius temporibus obsessa est Roma a Gothis anno 1 in circuitu, sed liberatur a Belisario patrito.
 20 540. ind. 3. Vigilius sedit annis 17, mens. 6, diebus 26, et cessavit mens. 3, diebus 5. Huius temporibus capta est Roma a Gothis, sed a Narsi patricio postmodum occiso Totila recepta est.
 558. ind. 6. Pelagius sedit annis 4, mens. 10, diebus 18, et cessavit mens. 3.
 563. ind. 11. Ioannes III. sedit annis 13, mens. 11, diebus 27, et cessavit mens. 10, diebus 3.
 565. ind. 13. Iustinus imperavit annis 11.
 25 566. ind. 9. Tyberius imperavit annis 7.
 577. ind. 10. Benedictus I. sedit annis 3, mense 1, diebus 18. Huius temporibus Longobardi invaserunt Italianam.
 580. ind. 13. Pelagius 11. sedit annis 10, mens. 2, diebus 10, et cessavit mens. 6, diebus 25.
 583. ind. 1. Mauricius imperavit annis 20.
 591. ind. 9. Gregorius doctor primus sedit annis 13, mens. 6, diebus 10, et cessavit mens. 5, diebus 16. Hic
 30 adiunxit in canone: *Diesque nostros in tua pace dispone*, et ab eodem incopta est letania in festo sancti Marci ad Sanctum Petrum.
 603. ind. 6. Phocas imperavit annis 7.
 606. ind. 9. Fabinianus imperavit anno 1, mens. 5, diebus 19.
 608. ind. 11. Bonifatius mens. 8, diebus 28.
 35 609. ind. 12. Bonifatius sedit annis 6, mens. 8, diebus 12, et cessavit mens. 7 et diebus 25.
 610. ind. 13. Eraclius imperator cum Constantino filio suo imperavit annis 31.
 616. ind. 4. Deudsedit sedit annis 3, diebus 17, et cessavit mense 1 et diebus 21.
 619. ind. 7. Bonifatius sedit annis 5, diebus 13, et cessavit mens. 7.
 625. ind. 13. Honorius sedit annis 12, mens. 11, diebus 17, et cessavit mens. 7 et diebus 18.
 40 638. ind. 11. Severinus sedit annis 2, mens. 4, diebus 28.
 641. ind. 13. Iohannes sedit anno 1, mens. 8, diebus 29, et cessavit mense 1, diebus 13.
 641. ind. 14. Constantinus cum Eraclona fratre eius imperavit annis 28.
 642. ind. 15.a Theodorus sedit annis 6, mens. 5, diebus 8, et cessavit diebus 52.
 648. ind. 6. Martinus martyr sedit annis 6, mense 1, diebus 26, et cessavit diebus 28.
 45 654. ind. 12. Eugenius sedit annis 2, mens. 9, diebus 22, et cessavit mens. 2.
 656. ind. 14. Vitalianus sedit annis 14, mens. 6, diebus 13.
 670. ind. 13. Constantinus imperator imperavit annis 17.
 671. ind. 14. Deodatus sedit annis 4, mens. 2, diebus 5, et cessavit mens. 4, diebus 25.
 676. ind. 4. Donus sedit anno 1, mens. 5, diebus 10, et cessavit mens. 2 et diebus 15.
 50 678. ind. 6. Agatho sedit annis 2, mens. 6, diebus 3, et cessavit anno 1 et mens. 7, diebus 5.
 681. ind. 9. Leo 11. mens. 10, diebus 16.
 682. ind. 10. Benedictus mens. 10, diebus 11.
 685. ind. 13. Iohannes sedit anno 1.
 687. ind. 15. Conon mens. 11. Iustinianus imperator imperavit annis 10.
 55 688. ind. 1. Sergius sedit annis 13.
 697. ind. 10. Leo imperator imperavit annis 1.
 700. ind. 13. Tiberius imperavit annis 7.
 701. ind. 14. Iohannea sedit annis 3, mens. 2, diebus 13, et cessavit mens. 3, diebus 13.
 704. ind. 2. Iohannes sedit annis 2, mens. 6, diebus 6, et cessavit mens. 3.
 60 707. ind. 5. Sisinnus diebus 20. Iustinianus II. imperavit annis 6.
 708. ind. 6. Constantinus sedit annis 7, diebus 15, et cessavit diebus 40.
 713. ind. 11. Philippus anno 1.
 714. ind. 12. Anastasius imperavit annis 3.
 715. ind. 13. Gregorius sedit annis 16, mens. 8, diebus 22, et cessavit diebus 35. Hic statuit quinta feria in
 65 quadragesima iejunari, et missarum celebritatem sicut tota ebdomada per totum annum in ecclesia fieri, quod antea non agebatur.
 717. ind. 15. Theodosius anno 1.
 718. ind. 1. Leo cum Constantino filio imperavit annis 25.
 731. ind. 14. Gregorius III. sedit annis 10, mens. 9, diebus 24, et cessavit diebus 8. Hic adiunxit in secreta:
 70 *Quorum solemnis hodie in conspectu gloriae suae celebratur triumphus in loto orbe terrarum.* Et fecit recedere totam Italiam a potestate Leonis augusti haeretici ob depositionem imaginum.

742. ind. 10. Zacharias sedit annis 10, mensibus 4, diebus 15, et cessavit diebus 13. Hic ob infestationem Astulfi' regis Longobardorum pergens Franciam, unxit Pipinum filium Caroli regis, et duos filios eius in reges Francorum, Qui rex simul cum eo veniens in Italiam abstulit Ravennam, et 20 alias civitates eidem Astulfo, et sub iure sancti Petri redegit: unde etiam patricius Romanus factus est.

5

743. ind. 11. Constantinus cum Helena matre imperavit annis 10, mens. 2, diebus 2.

752. ind. 5. Stephanus II. sedit annis 5, diebus 28, et cessavit mense 1, diebus 5. Hic Francorum regem Carolum Magnum fratrem Pipini fecit clericum, et misit eum ad Casinense monasterium fieri monachum, cui etiam monasterio dona plurima cum privilegio sedis apostolicae contulit.

10

753. ind. 6. Constantinus et Leo filius eius cum Pipino rege Francorum et Carolo Magno filii suis imperavit annis 16.

757. ind. 10. Paulus sedit annis 10, mense 1, et cessavit anno 1 et mense 1.

768. ind. 6. Constantinus anno 1.

769. ind. 7. Stephanus I. sedit annis 23. Hic obiit Pipinus rex Francorum et patricius Romanorum.

15

773. ind. 11. Adrianus I. sedit annis 23, mens. 2, diebus 23. Huius precibus vocatus Carolus filius supranominati Pipini regis, obsedit Longobardos in Apulia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem eius, quos captivos portavit in Franciam. Et veniens Romam reddidit omnia, quae pater eius Pipinus dederat divo Petro, adjuncto ei quoque ducatu Spoletino et Beneventano: et ob hoc ipse patricius Romanorum dictus est.

20

796. ind. 4. Leo III. sedit annis 20, mensibus 5, diebus 16, et cessavit diebus 3. Hic dum pergeret die sancti Marci cum letania ad Sanctum Petrum captus est, et cecatus est, praecisa eius etiam lingua. Sed Deus omnipotens reddidit ei visum et loquelam: et pergens ad Carolum regem Francorum susceptus cum honore redit Romam cum praefato rege, et facta vindicta de inimicis suis, purificavit se papa per sacramentum de quibusdam criminibus sibi illatis. Idem est coronatus in imperatorem Romanorum.

796. ind. 4. Constantinus imperator excoecatus est.

25

801. ind. 9. Carolus I. accepit imperium Romanorum, et imperavit annis 13, mense 1, diebus 4.

811. ind. 4. Michael imperator imperavit.

816. ind. 9. Stephanus III. mens. 7. Lodoicus cum Lotario filio imperavit annis 25.

817. ind. 10. Paschalis I. sedit annis 7, diebus 17.

824. ind. 11. Eugenius II. sedit annis 3, mens. 2.

827. ind. 5. Valentinus sedit diebus 40.

30

828. ind. 6. Gregorius IV. sedit annis 16.

841. ind. 3. Lotarius imperavit annis 9.

844. ind. 7. Sergius II. sedit annis 3, et cessavit mens. 2, diebus 15.

847. ind. 10. Leo IV. sedit annis 8, mens. 3, diebus 6, et cessavit mens. 2 et diebus 15.

850. ind. 13. Lotarius cum Lodoico filio imperavit annis 5.

35

855. ind. 3. Lodoicus imperavit annis 19.

856. ind. 4. Benedictus III. annis 2, mens. 6, diebus 10, et cessavit diebus 15.

858. ind. 6. Nicolaus I. sedit annis 8, mens. 2, diebus 20,

868. ind. 1. Adrianus II. sedit annis 5.

873. ind. G. Iohannes VIII. sedit annis 2, diebus 15.

40

876. ind. 9. Karolus II imperavit anno 1.

881. ind. 14. Karolus III. imperator imperavit annis 22.

883. ind. 1. Martinus anno 1, mens. 5.

884. ind. 2. Adrianus III. anno 1, mens. 4.

885. ind. 3. Stephanus V. sedit annis 6 et diebus 8.

45

891. ind. 9. Formosus sedit annis 5, mens. 3.

896. ind. 14. Bonifacius VI. diebus 15.

897. ind. 15. Stephanus anno 1, mens. 4.

898. ind. 1. Romanus mens. 3, diebus 22.

899. ind. 2. Theodorus diebus 30.

50

900. ind. 3. Iohannes IX. sedit annis 11, diebus 15.

902. ind. 5. Benedictus IV. sedit annis 3, mens. 2. Lodoicus imperavit annis 4.

905. ind. 8. Leo V. diebus 40, Christophorus mens. 7. Hic electus de pontificatu factus est monacus.

906. ind. 9. Sergius III. sedit annis 7, diebus 16.

908. ind. 11. Berengarius imperavit annis 6.

55

913. ind. 1. Anastasius III. sedit annis 2, mens. 2.

915. ind. 3. Lando mens. 6, Iohannes X. sedit annis 13, mens. 2, diebus 3.

916. ind. 4. Berengarius imperavit annis 4.

921. ind. 9. Ugo imperavit annis 6.

928. ind. 1. Leo VI. mens. 7.

- 60 929. ind. 2. Stephanus VII. sedit annis 2, mense 1.
 931. ind. 4. Ioannes XI. sedit annis 4, mens. 10. Hic fuit filius Sergii papae. Berengarius imperavit annis 8.
 936. ind. 9. Leo VII. sedit annis 6, diebus 10.
 939. ind. 12. Stephanus VIII. sedit annis 3, mens. 4, diebus 15.
 943. ind. 1. Marinus 11. sedit annis 3, mens. 6, diebus 14.
 65 946. ind. 4. Agapitus II. sedit annis 10, mens. 6, diebus 10.
 948. ind. 6. Lotharius imperavit annis 2.
 950. ind. 8. Berengarius cum Adelberto filio suo imperavit annis 11.
 956. ind. 14. Ioannes XII. sedit annis 7.
 962. ind. 5. Otto I. imperavit annis 6.
 70 963. ind. 6. Benedictus VI. sedit anno 1, mens. 6.
 964. ind. 7. Leo VIII. sedit anno 1, mens. 4.
 965. ind. 8. Ioannes XIII. sedit annis 7, mens. 11. Hic a Petro praefecto Romanae urbis comprehensus, et in

p. 281

- castellum Sancti Angeli retrusus, deinde in Campaniam in exilium missus, post 10 menses et dies 28 Romam reversus est, et de persecutoribus eius ab Ottone imperatore supplicium sumptum.
 968. ind. 11. Otto II. cum Ottone filio imperavit annis 8.
 973. ind. 1. Benedictus VI. sedit anno 1, mens. 6. late comprehensus est a Cintio Theodorae filio, et in castello
 5 Sancti Angeli retrusus, ibique strangulatus est.
 974. ind. 2. Donus II. sedit anno, mens. 6.
 975. ind. 3. Bonifacius VII. sedit anno 1, mense 1.
 976. ind. 4. Benedictus VII. sedit annis 9, mens. 7.
 985. ind. 13. Ioannes XIV. mens. 9. Hic in castello Sancti Angeli retrusus, et per 4 menses fame afflictus
 10 mortuus est, et ut fertur occisus.
 986. ind. 14. Ioannes XV. sedit annis 10, mens. 6.
 996. ind. 9. Gregorius V. sedit annis 2. Otto III. imperavit annis 5.
 998. ind. 11. Ioannes XVI. mens. 10.
 999. ind. 13. Sylvester II. sedit annis 4, mense 1, diebus 9. Otto imperator puer Beneventum venit.
 15 1001. ind. 14. obiit Otto 111. imperator Sutri, et Henricus filius patrui sui fit rex.
 1002. ind. 15. Saraceni venerunt super Capuam.
 1003. ind. 1. Ioannes XVII. mens. 5.
 1004. ind. 2. Ioannes XVIII. sedit annis 5.
 1007. ind. 5. a tempore Longobardorum usque in bune annum sunt anni 400. Landulfus princeps Capuanus obiit.
 20 1009. ind. 7. Sergius IV. sedit annis 2, mens. 9.
 1010. ind. 8. Ioannes abbas obiit Beneventi.
 1012. ind. 10. Benedictus VIII. sedit annis 12.
 1013. ind. 11. solis defectus, et fames valida fuit.
 1014. ind. 12. Henricus venit Romam, et coronatus est a papa Benedicto. Pandulphus princeps obiit.
 25 1016. ind. 14. luna quasi sanguis facta est.
 1017. ind. 15. Normanni Melo duce coeperunt expugnare Apuliam.
 1022. ind. 5. Henricus imperator venit Italiam, et creavit principem Theobaldum, qui fuit comes Teani, et Pandulphum principem vincitum secum portavit. Sed mortuo imperatore iterum solitus rediit. Uno obsedit Capuam cum Graecis, et vi recepit eam. Idem ingressus est Neapolim, et obtinuit eam anno 1, mens. 5. Obiit Attinulfus abbas.
 30 1024. ind. 7. Ioannes XIX. sedit annis 9, mens. 8.
 1025. ind. 8. a tempore Lodowici imperatoris sunt anni 159 quando Capua capta est a Graecis et comite Pandulfo.
 1028. ind. 11. Corradus coronatus est.

Hic nonnulla desiderantur.

- 1083..... in papam Clementem constituit. Adinulfus comes Cannetum dissipavit..
 35 Anno Domini 1084. ind. 7. Henricus rex a Romanis intromissus Romam 12. Kalendas Aprilis, et stetit usque 12..
 Kalendas Iunii. Et venit Robertus dux cum ingenti exercitu, et tradita est ei Roma a quibusdam Romanis, et multa mala ibi commisit. Accepto papa Gregorio egressus est.
 1085. ind. 8. fames et mortalitas maxima fuit. Gregorius papa apud Salernum moritur. Robertus dux moritur.
 Iordanus fit princeps. Henricus imperavit annis 16.
 40 1086. ind. 9. 13. Kalendas Martii prima hora noctis stella clarissima in circulum lunae prima ingressa est.
 1087. ind. 10. Victor III. mens. 11. Hic fuit Desiderius abbas Sancti Benedirti, eodem die corpus sancti Nicolai.
 venit Varim. 16. Kalendas Octobris Pisani apud Africani debellaverunt ci vicerunt Saracenos.

1088. ind. 11. Agustinus fit abbas Casaemarii.
 1089. ind. 12. Urbanus 11. sedit annis 11, mens. 4.
 45 1090. ind. 13. obiit Iordanus Capuae princps, et Capuani debellaverunt. Ecclesia sancti Martini dedicata est a Iohanne Tusculanense episcopo, ubi interfuerunt episopi 6 numero.
 1093. ind. 1. 8. Kal. Octobris sol obscuratus est hora 6. usq; ad horam nonae.
 1091. ind. 2. obiit Ionathas.
 1095. ind. 3. stellae de coelo visse sunt cadere; pridie Nonas Aprilis feria quarta motio magna in Hierusalem
 50 christianorum. Claustra Casaemarii incopta.
 1096. ind. 4. innumera Francorum et ultramontanorum aliarumque gentium multitudo ad expugnandum Sarracenos
mare transierunt.
 1097. ind. 5. circundata est Antiochia mense Octobri iam die media.
 1098. ind. 6. Antiochia capta est 3. Nonas Iunii feria 5, et stella cometes apparuit, et coelum igneum, et sol
 55 obscuratus est.
 1099. ind. 7. Rogerius comes venit super Capuam. Postea filii Gerardi recuperaverunt Soram.
 1100. ind. 8. Paschalis II. sedit annis 18, mens. 5, diebus 7. Hierusalem capta est a christianis.
 1103. ind. 11. Sora cremata est cum 7 ecclesiis in sanctae Mariae. Luna enclipsin
passa est 14. Kal. Octobris, cum nulla nubes appareret.
 60 1104. ind. 12. Robbertus filius Iordanis principis surrexit centra principem videlicet
germanum eius. Ecclesia sancti Dominici in octava sanctae Mariae dedicata est a papa
Paschali. Obiit Gregorius comes Ceccani 12. Kal. Octobris, feria 3.
 1105. ind. 13. Marchion venit Romam consentientibus quibusdam Romanis, et elegit
Adanulfum in papam Silvestrum ad Sanctam Mariam Rotundam infra octavam sancti Martini
 65 sed sine effectu reversus est, et Boemundus transfretavit in Apuliam.
 1106. ind. 14. abbas Augustinus episcopus factus est, Iohannes fit abbas Casaemarii, Henricus rex obi

p. 282.

1108. ind. 1. obiit Iohannes abbas Casaemarii, et Placidus fit abbas Casaemarii. Apparuit
stella cum cauda per dies 40. Venit Robbertus princeps in Campaniam mense Iunii,
et accepit tributum a Ceperano usque Segniem. Obiit Iohannes abbas Sancti Clementis.
 1109. ind. 2. princeps Robbertus venit super Anagniam.
 5 1110. ind. 3. legati regis Henrici Romam venerunt, orantes, ut papa concederet regi.
Abbas Placidus renunciavit abbatiam, qui fuit episcopus Ferentinus, et Amatus fit abbas.
 1111. ind. 4. Hoc anno mortui sunt Roggerius dux et frater eius Boemundus et Richardus de Aquila
Res Henricus Italianam cum magno exercitu venit et cepit, et incendit Novariam et venit Romam, et susceptus
est a papa honorifice et intromissus in ecclesiam sancti Petri ut eum coronaret
 10 Tunc ipse rex dolose peragens una cum suis ceperunt papam, cardinales, episcopos, nobiles. Papa iube
iuraverunt cardinales non excommunicare eum papa; quod in suo officio
iuvaret eum tenere regnum; quod nulli personae meritum redderet de eis quod rex fecerat
eis. Henricus imperavit annis 15.
 1113. ind. 6. Ceperanus crematus est 2. Idus Augusti, et arcem Ceccani in sanctae
 15 Mariae.
 1114. ind. 7. Pisani debellaverunt Maioricam et Minoricam insulas. Paschalis papa fecit sinodum
apud Ceperanum, et dedit insignia duci Wilielmo.
 1116. ind. 9. abbas Amatus renunciavit abbatiam Casaemarii et Benedictus fit abbas.
 1117. ind. 10. terrae motus magnus per totam Longobardiam, et submersa sunt multa aedificia.
 20 Henricus imperator Romam rediit, et Pascalis papa fugit Beneventum.
 1118. ind. 11. Gelasius II. sedit anno 1. Hoc anno 11. Kal. Februarii obiit papa Pascalis. Iohannes
cancelarius in papam Gelasium ordinatur Eodem die Henricus rex ordinavit alium in Roma invitus
clericorum Mauricius nomine, in papam Gregorium VI. Idibus Martii.
 1119. ind. 12. obiit Gelasius papa. Calixtus II. sedit annis 5 mens. 10, diebus 13. Guillelmus
 25 archiepiscopus Biennae ordinatus est in papam Calixtum.
 1120. ind. 13. Calistus papa venit Romam, inde Beneventum, et dux Willelmus et princeps

- Iordanus et magnates Apuliae fidelitatem ei fecerunt, et perrexit Barim et liberavit de captivitate reginam Boamundi.
1121. ind. 14. Calistus papa cum Romanis et cum maxima gens venit super Arenarium,
30 sed fallaciter hostile sua praeliantem vacuus revertitur.
1122. ind. 15. stellae innumerabiles visae sunt cadere per totum orbem pridie Kal Aprilis hora matutina. Ticclena cremata est.
1123. ind. 1. Benedictus abbas Casaemarii renuntiavit abbatiam, et Petrus praepositus factus est abbas. Eodem anno Kalistus papa pacem cum Henrico rege per legatos et
35 sinodum fecit fere 500 episcoporum. Iterum et iterum congregato exercitu post alia castra expugnavit, cepit Magentiam, et baro capite truncatus est, uxorque illius et filii expositi, quia interfecerant apud Pipernum Crescentium comitem domini papae. Idem fecit Aqueputiae.
/*
1124. ind. 2. obiit Calixtus papa 19. Kal. Ianuarii; consensu omnium clericorum Romanorum
40 post 7 dies ordinaverunt Lambertum Hostiensem episcopum in Honorium papam qui sedit annos 5, mensem 1, dies 25.
1125. ind. 3. Hoc anno Idibus Martii venit Honorius papa cum maxima gente et cepit Trevem atque Magentiam, et cremavit post tertium et Roccamsicciam et Iulianum, et
50 Sanctum Stephanum et Prossei, et abstulit Sanctum Laurentium. Postea comites Guttifredus, Landulfus, Raynaldus iuraverunt papae.
1126. ind. 4. Honorius papa cepit Segnis et Vinculum imperfecto Otto. Lotharius imperavit annis 11.
1127. ind. 5. Honorius papa venit super Arpinum, et plurimi imperfecti, cum dedecus reversi sunt Romam.
- 55 1128 ind. 6. Godefridus et Rainaldus comites Ceccani quam plurima oppida ceperunt Homines castri Frabratte et Supini reddiderunt se Guidoni et Iohanni. Mortuo duce Guilelmo papa cum exercitu rediit Beneventum.
1129. ind. 7. Ripae crematus est.

p. 283.

1130. ind. 8. Innocentius II. sedit annis 13, mensibus 7, diebus 7. Obiit Honorius papa et divisa est ecclesia. Alii ordinaverunt Innocentium papam atque alii Anacletum. Obiit Placidus episcopus Ferentinensis, et electus est dominus Gisus, et sacratus ab Anacleto.
- 5 1131. ind. 9. obiit Guttifridus comes; hoc anno fecit Roggerius clamare rex per terram suam.
1132. ind. 10. sol visus est habere circulum, ut arcus.
1133. ind. 11. rex Lotharius venit Romam cum Innocentio papa et ab eo coronatus recessit Sol obscuratus est, et terrae motus grandis.
- 10 1135. ind. 13. rex Roggerius incendit Aversam et tulit terram comitis Raynaldi, et Unfridi et obsedit Neapolim.
1137. ind. 15. Innocentius papa venit cum Heleuterio rege et ceperunt totam terram usque Varim et ordinaverunt Raynonem comitem ducem et reversi sunt. Tunc rex pugnavit cum duce et perdidit. Corradus imperavit annis 15.
1138. ind. 1. obiit Anacletus. Depositus est dominus Gisus episcopus Ferentinus et
15 electus est episcopus Transmundus Segninus. Kal. Octobris fuit ventus validus, ita quod multa aedificia et arbores prostravit. Innocentius excommunicavit regem Roggerium cum omnibus suis fautoribus, et Guilelmum filium. Tunc papa et praefectus et dux Robertus cum multis venientes apud Sanctum Germanum, et incendentes omnia, veniunt Gallucium; ibi captus est papa cum multis et facta est redemptio tacenda.
- 20 1139. ind. 2. Innocentius papa congregavit sinodum in Roma et damnavit partem Anacleti. Mense Iunii

venit papa cum Romanis ad expugnandum regem Siciliae, et incensa sunt a Romanis Salvatera et Insula et Sanctus Angelus in Todicis. Et cum esset Gallutium captus est papa a rege Roggerio cum multis facta treuva cum rege reversus est Romam.

1140. ind. 3. venit rex Siciliae et filii eius mense Iulio cuperunt Soram Arcim et usque Ceperanum.

25

/*
1141. ind. 4. Hoc anno factus est dyaconus 8. Kal. Martii ebdomada in quadragesima in ecclesia sancti Iohannis de Ceccano.

1142. ind. 5. luna 13. obscurata 2. Idus Februarii.

1143. ind. 6. Coelestinus II. mens. 5, diebus 14. Hoc anno cecidit turris Arenariae

30

4. Kal. Februarii, et obscurata est luna 14. in 4. Nonas Februarii incipiente nocte per 3 horas. Obiit Landulfus de Sancto Iohanne 4. Nonas Septembbris. Obiit Innocentius papa 4. Idus Septembbris. Guido cardinalis in papam Coelestimum ordinatur. Rex Siciliae venit Arcim et misit in suo iure.

Obiit Guttifidus filius domni Landulfi 16. Kal. Novembbris, et filii regis cuperunt totam terram Marsorum.

1144. ind. 7. Lucius II. sedit mensibus 11, diebus 7. Obiit Landus Pufanus 11. Kal. Aprilis

35

feria 6. venit rex Siciliae in mense Iunio Ceperanum et dux filius eius intravit in terram sancti petri et cepit eam.

1145. ind. 8. Eugenius III. sedit annis 8, mensibus 4, diebus 20, et cessavit diebus 2.

1146. ind. 9. obiit Petrus abbas Sancti Clementis 4. Kal. Aprilis in parasceuen et intravit Leo abbas 16. Kal. Iulii. Romani venerunt super Tiburim, et multos ex eis decollaverunt.

/*

40

1147. ind. 10. papa perrexit ultra montes.

1148. ind. 11. 11. Kal. Aprilis imperfectus est Transmundus Ferentinus in Vinculum.

Dedicata est ecclesia sancti Clementis a duobus episcopis 14. Kal. Septembbris. Feria 5.

Michael episcopus Aletrinus benedixit altare maius, quod est desuper. Leo episcopus Verulanus benedixit altare sancti Stephani, quod est in confessione. Postea Ferentinati elegerunt Ubaldum episcopum, qui fuit Pratensis.

45

1149. ind. 12. Ceccanus crematus est Idibus Septembbris feria 3. Rex Franciae revertitur a transmarinis partibus. Cum esset Florentini, Fummonensis ivit Gregorius invisere eum et captus est a papa et abstulit ei Fummonem

1150. ind. 13. Eugenius papa Florentinum venit infra mensem Octobris, et multos archiepiscopos et episcopos ordinavit. Terracina capta est 6. Kal. Decembbris.

50

1151. ind. 14. Hoc anno Bartholomaeus presbyter electus est de ecclesia sancti Clementis 4. Nonas Februarii die sabbati, perdidit omnia sua et officium, sed receptus est 7. Idus Iulii feria 2. Eugenius papa ivit Castrum, et dedicavit ibi ecclesiam sanctae crucis 10. Kal. Maii, et 6. Kal. Novembbris dedicavit ecclesiam Casaemarii et reversus est Segnim.

p. 284.

1152. ind. 15. Eugenius papa reversus est Romam 8. Idus Septembbris. Exiit Leo abbas et electus est Landulfus abbas 12. Kal. Octobris die sabbati quatuor temporum: ipso die in ipsa ecclesia sancti Clementis ordinatus est subdiaconus et conversus. Fredericus imperator imperavit ann. 39 qui excessit alios in malum contra ecclesiam.

5

1153. ind. 1. Anastasius IV. sedit anno 1, mensibus 4, diebus 25. Obiit Ptolomaeus Tusculanus 5. Kal. Martii. Obiit Landulfus comes Ceccani 3. Idus Aprilis sabbato in palmis. Obiit Eugenius papa Non. Iulii Tiburim. Deportatus est Roma, sepultus in ecclesia sancti Petri. Conradus episcopus Savinensis consensu omnium elegitur in papam Anastasium. Scalona capta est a christianis 14. Kal. Septembbris.

10

1154. ind. 2. 13. Kal. Iulii venit fulgor de coelo in valle quae est subtus ecclesiam sancti Clementis, et occidit ibi Iohannes presbyter et Petrus et Benedictus et Maria die sabbati. Obiit Anastasius papa III. Non. Decembbris. Albanensis episcopus eligitur in papam Adrianum. Adrianus sedit annis 5, mensibus 8, diebus 27.

1155. ind. 3. Hoc anno cancellarius Gulielmi regis Siciliae cum maxima gente infra mense
 15 Madio venit Ceperanum, et in 3. Kal. Iunii crematum est. In Kal. Iunii in terra sancti Petri, et ivit
 ad Montem sancti Ioannis, et in 3. Non. Iunii cremavit castrum Babuci. Postea venit Frusinunem;
 et cremavit Ticolenam, et sic reversi sunt. Deinde venit rex Romam, et coronatus est a
 papa Adriano in festivitate sancti Petri, et reversus est Spoleti, et cremavit illum, et reversus
 est in terra sua. Et 12 Kal. Septembris Mariburellus cremavit Arcem. Postea venit apostolicus
 20 cum cardinalibus in 7. Idus Octobris ad civitatem Soranam, et dedicavit ibi ecclesiam
 sanctae Mariae. Et dominus apostolicus una cum principe recepit Capuam et
 aliam terram, et in festivitate sancti Martini crematum est Pofe.
1156. Hic venit Fredericus Romam, et accepit coronam apud Sanctum Petrum ab Adriano papa.
1156. ind. 4. Hoc siquidem anno Guillelmus rex Siciliae pugnavit cum Graeco apud
 25 Brundusium, et devicit eum, dehinc venit Barim et dextruxit eum, et fecit ex eo villas.
 Inter haec Robbertus princeps fugit, et captus est a comite Ricardo cum suo filio et filia in
 Traiectu, et datus est in manu regis praedicti. Deinde venit Beneventum, ubi erat Adrianus
 papa cum comite Robberto de Rotellu et cum comite Andrea et cum multis aliis, et eiecit
 30 eos inde, et fecit finem cum domno papa, et fecit eum iusurandum, et dominus papa concessit
 ei totam terram quam ipse tenebat. Mense Madio Simon Soranus interfectus est a suis
 hominibus; filius eius Simon fecit vindicatam pro eo fecit cremare et praedare tota civitas.
 Post haec ascendit in arcem Surelle et rebellavit se regi. Tunc rex fecit possidere eam
 per totum annum et eo amplius, et non potuit eam acquirere, et papa reversus est Romam.
1157. ind. 5. Gregorius comes Ceccani hoc anno acquisivit Carpinetam in octava sanctae
 35 Mariae. Mense Novembbris venit comes Andreas cum Romanis et Graecis et aliis multis. Aquisivit
 totam terram Fundanam, et cremavit Traiectum. Pro vindicta principis acquisivit terram sancti
 Benedicti. Post haec intravit Cominum, et cremavit Postam et Campuri, et perrexit usque Atinum,
 et reversus est ad Aquinum.
1158. ind. 6. Hoc anno in festivitate Innocentum, feria quarta post epiphaniam, perrexit
 40 comes Andreas super civitatem Sancti Germani, et pugnavit cum militibus regis, et
 devicit eos, apprehendit ex illis plus quam ducentos et omnia spolia eorum; alii fugerunt ad
 monasteriurn sancti Benedicti, et comes misit civitatem in suo iure, et ascendit in montem,
 et possedit monasteriurn usque in festo quadraginta martyrum, dimisit omnem terram, et
 45 ivit Anconam deinde ivit ad imperatorem, qui obsedebat Mediolanum. In hoc anno in
 festo sancti Bartholomaei Ceccanenses pugnaverunt inter se: miles Landi de Balle de
 Montone, et miles Ionathae Tusculanae, qui perdidit alio die. Roggerius abbas Sanctae
 Mariae obiit.
1139. ind. 7. Hoc anno papa Adrianus venit Anagnim et ibi defunctus est Kal. Septembris feria
 tertia, et divisa est ecclesia. Omnes cardinales elegerunt cancellarium in papam Alexandrum.
- 50 Guido de Crema et Raimundo et episcopus Tusculanus elegerunt Octavianum cardinalem in
 papam Victorium et sacratus est Pharphum; et Alexander prius sacratus est Nimpha. Hoc
 anno crematus est Pipernus et Fummone. Ubaldus episcopus Ferentinus ivit cum vicario
 ad imperatorem.

p. 285.

1160. ind. 8. In hoc anno Fredericus imperator dextruxit Cremam, et totam fecit
 cremare, et possedit Placenzam et Mediolanum.
1160. ind. 8. Alexander III. sedit annis 22 duobus diebus minus, et cessit die 7. Hic venit
 Anagniam, et acquisivit totam Campaniam et misit in suo iure. Hoc anno ordinavit Flaimundum
 5 monachum de monasterio Casaemarii in Verulana ecclesia; 6. Nonas Octobris ordinavit
 Rodulfum presbyterum et consecravit eum episcopum in Ferentinensi ecclesia. In
 eodem mense accepit filiam comitis Berardi de Albe Andreas comes Comini in coniugio.

Praedictus Berardus dedit comiti Andreeae pecuniam, ex qua recuperavit terram suam. Insuper et dedit ipsi totum dominium terrae sue, et ivit in Cominum, et spoliavit Sclavos.

- 10 Et postea perrexerunt in terram sancti Vincentii, et cremaverunt plures villas. 6. die intrante mense Madio apparuerunt 3 soles. Idibus Octobris fuit terrae motus magnus. Hoc anno episcopus Narniae ivit per episcopatum Ferentinensem, et chrismavit pueros.
1161. ind. 9. Hoc anno 17. Kal. Februarii in aurora fuit ingens terrae motus. Comes Robbertus invasit terram usque Tarrentum. Comes Andreas relicta terra ivit Constantinopolim, et multi comites coniunxerunt se comiti Roberto.
1162. ind. 10. in mense Martio imperator Heinricus accepit Mediolanum.
1162. ind. 10. Alexander papa ivit in Franciam. In mense Martio venit rex Guillelmus Siciliae, et vicit comitissam Cathenientium, et cepit Tabernam et multi comites ammissis terris fugerunt. Quos persecutus est exercitus regis usque Abbrutum, cui praeerat Riccardus Ysaiae;
20 et rex venit in colle Aponis, et constituit milites in montem Casinum in custodiam. Et misit comitem Lauri cum exercitu, et ceperunt montem Archanum et uxorem comitis Riccardi et multos, qui ibi inventi sunt. Comes Gregorius Ceccani obiit, et episcopus Landulfus de Sora obiit in Arpinum.
1163. ind. 11. Hoc anno 3. Non. Ian ventus evertit domos et arbores quam plurimas.
25 1164. ind. 12. Hoc anno Victor papa obiit mense Aprilis apud Luccam civitatem, et elegerunt dominum Guidonem cardinalem in papam Paschalem. Eodem anno ecclesia sanctae Mariae de caritate ab Alatrinis et a Frusinonibus cremata est et ibi multi servientes regis Siciliae mortui sunt et combusti.
1165. ind. 13. Cristianus cancellarius et comes Gonzolinus ceperunt Maritimam et
30 Campaniam, praeter Anagniam quam devastaverunt, et incenderunt Cisternam et Castrum, et fecerunt iurare totam terram ad fidelitatem Paschalis et imperatoris; et sic redierunt in Tusciam. Post reversionem illorum comes Gilibertus et Riccardus de Esaya venerunt cum exercitu regis Siciliae; et intraverunt in Campaniam, et Verulani se reddiderunt; postea possederunt cum Romanis Aletrum, Ciccanum et Arenariam, et non potuerunt illam capere. Et sic intraverunt in vallem Sancti Laurentii, et incenderunt castrum Sancti Stephani et Prossei, et unusquisque postea rediit ad propria. Hoc autem anno Ripe, Turrice et castrum Sancti Laurentii et Insula cremata sunt et Alesander papa reversus est Romam
35 1166. ind. 14. Guilelmus rex obiit mense Madio, et filius eius Guilielmus successit in regnum cum matre sua Margareta regina. Et eo anno obiit Raynaldus Casinensis abbas,
40 et dominus Theodinus de Scarpa electus est in abbatem. Comes Andreas intravit terram regis Siciliae cum comite Riccardo, et obsederunt Pastinam, et non potuerunt eam capere. Tunc perrexerunt ad Picani, et incenderunt eum, et ceperunt Itrum et Traiectum, et reversi sunt Ceccanum, et milites regis incenderunt Traiectum.
1167. ind. 15. Hoc anno 7. Kal. Ianuarii Arenaria incensa est. Hoc anno mense Madio
45 cancellarius imperatoris Frederici venit super Romanos cum grandi exercitu, et pugnavit cum eis 3. Kal. Iunii, in qua pugna fuerunt mortui de Romanis sex millia, et capti multa millia. Deinde praedictus cancellarius devastavit et obsedit Romam. Ipso mense Simon de Sorella devenit homo regis Siciliae, cui concessa est tunc Sorella et Sora et Pesclum Sodolum et Broccum. Deinde iussit reaedificare Soram. Ceperunt omnes homines qui fuerunt ex ea ibidem reverti. Imperator Fredericus
50 venit Romam et obsedit eam. Papa autem Alexander ob metum imperatoris per flumen Tiberis exivit de Roma, et ivit Beneventum. Romani autem cum vidissent impetum imperatoris non posse se sufferre, fecerunt illi fidelitatem, et dederunt illi obsides praeter

quod aliquis vix enumerare posset, ita ut cum paucis redierit in Alemanniam. In
hoc anno pluit ab 8. Kal. Augusti saepius usque in 5. Idus Novembris, et postea non
5 pluit usque in 13. Kal. Februarii, et flabat ventus aquilo, eratque frigus tam forte, ut
sata non nascerentur; et stagna coagulabantur etiam lacus Fucini pene totus ita glacie
coopertus fuit, ut super eum in altera parte homo transire posset. Hoc anno episcopatus
Sorae concessus est Corrado, qui fuerat archiepiscopus Maguntinae civitatis.

1168. ind. 1. mense Aprili Romani cum cancellario imperatoris et cum praefecto
10 Romae perrexerunt super civitatem Albanensem, et dextruxerunt illam a fundamentis, et
non sinebant illam reaedicare. Praedictus Corradus archiepiscopus voluit introire in
Campaniam cum exercitu Alexandri papae, ut subiugaret illam, sed non valuit, quia comites
de Ceccano resistebant ei fortiter. Hoc anno fuit fervida aestas; et non pluit, ideo
sata non impleverunt in plurimis locis. Mense Septembris die 20. obiit in haeresim Paschasius
15 papa, et pars eius elegit electum de Albanis in papam Calixtum.

1169. ind. 2. mense Februarii Adinulfus de Arpino obiit apud Ceccanum. Mense Martio
comes Robbertus de Loretello profectus est Siciliam facere concordiam cum rege. Obiit
Guido de Ceccano comes Non. Kal. Octobris.

1170. ind. 3. mense Martii, die 15. Kal. Aprilis venit Alexander papa Verulas, ordinavit
20 ibi archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ordinibus. Hoc autem anno misit
Constantinopolitanus nepotem suam cum episcopis Graecis et cum comitibus et cum multis militibus
et cum magna pecunia ad Alexandrum papam, ut daret eam in coniugio Odoni Fraipanis
de Roma. Qui .apud Verulas eam coniugavit, et tunc ipse Oddo cum ea reversus est Romam.
Postea praedictus papa Alexander fecit fabricare ecclesiam apud Verulas ex sua
25 pecunia pro elephantiosis, in qua obtulit multa dona. 5. Idus Maii papa Alexander venit
ad ecclesiam sancti Petri de Canneto; et profectus est ad Verulas. 7. Idus Martii tam
vehemens fuit terrae motus, quod plerosque muros civitatis dextruxit, quod etiam per se
sonaverunt campanae. Decimo die stante mense Madii pars Ripae arsit.

1172. ind. 5. Alexander papa fecit finem cum Romanis; dextruxerunt muros civitatis
340 Tusculanae mense Novembris.

1173. ind. 6. Alexander papa venit Signias 6. Kal. Februarii, et dedit ecclesiam sancti
Paterniani cum omnibus pertinentiis eius Templariis octavo die intrante mense Februarii
et aestivo tempore Sulforaco radicitus tota siccavit.

1174. ind. 6. 17. Kal. Aprilis, Mons sancti Iohannis arsit. 17. Kal. Septembris fuit
35 tam ventus validus, ut innumeritas domos et arbores a rabiibus diruit, et Insula Ponti
Solarati arsit mense Augusto.

1176. ind. 8. 12. Kal. Novembris venit cancellarius imperatoris ad Anagniam ad papam
Alexandrum. 8. Idus Decembris ibat papa ad Venetiam. Cancellarius imperatoris Teutonicorum
venit super Cellas, et eas obsedit. Comites vero regis Siciliae cum ingenti exercitu
40 insurrexerunt in eum; et gens quidem Alemannorum fuit super eos, et plerosque cepit,
atque in fugam verterunt 6. Idus Martii.

1177. 9. Kal. Augusti venit imperator ad papam Alexandrum ad Venetas; et receptus
honorifice a papa, iuravit imperator ad papam Alexandrum, et reversus est Anagniam.
Rex Guilielmus filiam Angliae in coniugio recepit mense Decembris.

45 1178. Hoc anno 4. Kal. Septembris Iohannes Strumi Tusculanum venit, et Alejandro
papae satisfecit, poenitentiam egit, circa eum permansit. 3. Kal. Octobris quidam de secta
schismatica inito consilio Landum Sitinum elegerunt in papam; Innocentius ab eisdem est
consecratus. 4. Idus Madii ibat papa Romam cum cardinalibus et episcopis quem receperunt
Romani honorifice. Idibus Septembris sol obscuratus est.

50 1179. Alexander papa Romae in ecclesia Lateranensi universale fecit concilium totius
orbis fere congregatis archiepiscopis episcopis abbatibus militibus; in quo de ecclesiae
Dei statu et augmento compendiose tractavit, imitatus sanctorum patrum decreta et

exempla, quae per universum mundum noviter sunt diffusa et honorifice a quibusdam recepta. Et maxima aquarum inundatio extitit. 14. Kalendis Septembbris luna obscurata est.

1180. Tiber fluvius nimium inundavit, et multas domus subvertit, et serpentes innumeros duxit inundatione Unde Romae maxima mors extitit et per totam Campaniam.

5 Insuper in ecclesia Sanctae Mariae Rotundae tanta aqua ex abisso emanavit, quae non poterat minui, nisi conamine Dei et bonorum virorum ac mulierum expulsa fuit inde aqua. Mense Ianuarii eodem anno Speudo-Lando Sitinus falso papa dictus, captus est ab Alexandro papa et inlaqueatus est, et apud Caveam cum complicibus suis in exilium ductus est. Eodem anno Nonis Octobris ecclesia sancti Iohannis de Ceccano peccatis exigentibus tota

10 combusta est cum sua parochia.

1181. 3. die intrante mense Septembbris, Alexander papa obiit. Et communicato omnium cardinalium consilio Ubaldus Hostiensis episcopus apud Villitrias in papam ab omnibus diligenter ordinatur Lucium.

1182. ind. 14. obiit Landulfus comes Ceccani 17. Kal. Iunii, die dominico. In mense Novembbris castrum reddiderunt filii Landulfi de Ceccano papae Lucio.

1183. ind. 15. Kalendis Februarii rex Guilelmus apud Sanctum Germanum venit. 7. Kalendas Iulii a corpore puellae visibiliter in ecclesia de Canneto beatus Petrus daemonium expulit. Romani venerunt super Tusculanum Kalendis Iulii ut eam caperent; sed minime potuerunt. Interea cancellarius cum magno exercitu Alamannorum venit apud Tusculanum,

20 et Romanos ibi non invenit; sed remansit ibi cum exercitu, et coepit valde infestare Romam et depraedare. Tandem mense Augusti ibi mortuus est et sepultus.

1184. ind. 1. Hoc anno mense Aprilis venerunt Romani super Tusculanum, et vastaverunt fortiter Tusculanum; 13. Kal. Maii incenderunt Palianum, et Serronem Penestrum, et sic Romam reversi sunt. Postea dominus papa ivit in Lombardiam, et misit comitem

25 Bertoldum legatum imperatoris Frederici pro defensione Tusculanae et ad recolligendam roccam de Papa; quam ipse callide et dolose expugnavit, nec eam capere potuit; tamen de bestiis Romanorum saepe saepius praedam capiebat.

1185. ind. 2. Hoc anno Guilielmus rex Siciliae fecit stolium maximum per mare et terram; super stolium maris ordinavit capitandum comitem Tancrenum super stolium terrae fecit capitanos comitem Alduinum et comitem Riccardum de Cerra; et mandavit eos omnes in Romaniam ad acquirendum imperium Constantinopolitanum. Totum stolium intravit in mare 3. Idus Iunii. In festo Iohannis baptistae ceperunt Durazzi. In festo sancti Bartholomaei adepti sunt Saloniciam cum multis civitatibus et castellis et roccis de Romania, iurantes fidelitatem regi Siciliae. Tandem exercitus imperatoris Ysaahac, super

35 quem exercitum erat constitutus quidam princeps qui dicebatur Granatus, obvians eis cum verbis pacificis, dicens quod ultra procedere non poterant; tamen si vellent ad propria reverti, promisit eis securitatem, et dedit firmam pacem; ipsi tamen acceperunt securitatem, et versa vice pacem promittentes comites regis Syciliae, in festo sancti Leonardi a Graecis decepti sunt, et Constantinopolim in captione callide ducti sunt. Sed imperator

40 cognita rei veritate, securitatem considerans et pacem a Graecis non observatam Latinis, condoluit valde, et erubuit, et sic demum omnes deliberavit, et unusquisque supervivens reversus est ad propria.

1186. ind. 3. Hoc anno surrexit quaedam secta in regno Syciliae de vanis hominibus, qui faciebant se nominare Vendicosos, et mala omnia quae facere poterant non in die sed in nocte faciebant. Ad ultimum Adinulfus de Ponte Corvo; qui fuerat magister et princeps huius sectae, sententia regali iudicatus suspensus est, et multi alii ferro ardenti signati sunt. Et quidam presbyter nomine Sinnoritto depositus est ab Aquinense episcopo; plangens

episcopus, et fere omnes homines Sancti Germani promittentes et volentes eum reddimere, ut non deponeretur, sed non potuerunt. Octavo Idus Decembris venerunt Romani in Campaniam, incenderunt Montem longum, et depraedati sunt Silvam mollem, et sic reversi sunt Romam. Urbanus III. sedit anno I, mensibus 10 et diebus 25. Hoc anno ante ascensionis dominicae festum, sexta feria et sabbato et dominico die, mare ubicunque probatum est, inventum est dulce. Hoc anno venit rex Henricus filius Friderici imperatoris

50 p. 288.

et subiugavit sibi totam Campaniam praeter Fummonem, et castrum Ferentinum obsedit per novem dies, et ivit super Guarginum; ibi commissum est bellum inter Teutonicum militem et Latinum nomine Malpenza, et superatus est miles Teutonicus a milite Latino vidente et astante rege cum toto exercitu in circuitu. Quidam comes nomine Henricus 5 Roccisburgae de fidelibus regis, discedens a rege cum magna parte exercitus regis, fregit securitatem Babuco et terrae Pufanae, et abstulit omnem robbam et; animalia omnia, quae in Babuco et in terra Pufana invenit. Et rex habuerat fodrum ab ipsis castellis, hospitatus est in pede castri per novem dies, omnibus tam ecclesiis quam castellis per circuitum omnia mala quae inferre et facere potuit fecit. Ceperanum reddidit Riccardus Reberi.

10 Peccatis exigentibus capta est terra Ierosolimitana a Saracenis.

1187. ind. 4. Gregorius VIII. sedit mense 1, diebus 27. Hoc anno Lanterius Mediolanensis miles erat ballivus per totam Campaniam, et tenebat in sua potestate roccam de Lariano et castrum. Cognita morte Urbani papae et sui patrui Mediolanum redire volente, ad notitiam domni Iordanii abbatis Fossae novae pervenit; unde ipse dominus Iordanus considerans, 15 ne ad curiam Romanam de supradictis roccis eveniret perdendi impedimentum, convenit ipsum Lanterium amicabili pacto, et dedit ei libras provendiensum. Postea dominus Iordanus praecipit praedictas roccas in sua cura, et conservavit integras, et assignavit Clementi papae.

1188. ind. 5. Hoc anno Clemens III. sedit annis 3, mensibus 3, diebus 27. Dominus

20 Iordanus abbas Fossae novae 4. Idus Martii ordinatus est diaconus cardinalis; 4. Nonas Aprilis consecratus est presbyter cardinalis tituli pastoris Sanctae Pudentianae. Mense Iunii missus est in legatione Alamanniae. 8. Idus Novembris Mobilia filia Landulfi de Ceccano data est in uxorem comiti Iacobo de Tricarico. 5. Idus Novembris combusta est Tecclena a populo Ferentino.

25 1189. ind. 6. Hoc anno dominus Iordanus cardinalis reversus est de legatione Alamanniae et applicuit Ceccanum in vigilia sancti Petri 11. Kal. Iulii. Et imperator Fridericus in festo sancti Georgii coepit ire ultra mare cum maximo exercitu ad expugnandum Saladinum, qui ceperat terram Ierosolomitanam et tenebat eam in sui dicione. Et perrexit per Hungariam et Romaniam, ubi multa mala operatus est. Iohannes de Ceccano accepit in uxorem Rogasiatam filiam comitis Petri de Celano. Mense Novembris Guilielmus rex Siciliae absque haerede, quod magnum periculum fuit, mortuus est. Et sic omnes archiepiscopi episcopi abbates et universi aulici comites Siciliae invicem convenientes, elegerunt comitem Tancredum, et honorifice in regem coronaverunt.

30 1190. ind. 7. 10. Kal. Ianuarii Iohannes de Ceccano gladio militiae accinctus est.

35 8. Idus Maii comes Bertoldus legatus imperii Alamanniae ingressus est regnum Apuliae cum magno exercitu, et ivit usque ad Arianum. Cui obviantes comes Riccardus de Cerra et Iordanus Petri Leonis Romanus cum exercitu regis Tancredi, mense Septembris praedictus comes Bertoldus ultra proficere non valens, sua voluntate exivit de regno. 6. Idus Septembris domna Aegidia peregre profecta est ad Sanctum Iacobum.

40 1191. ind. 8. Henricus imperator imperavit annis quinque et mensibus 6. 3. Kal.

Maii ingressus est regnum Apuliae, obsedit civitatem quae dicitur Arcis, alio die cepit

eam, et incendit cum rocca, et de castello Arcis eiecit castellatum Mazzeon Burellus cum omnibus Latinis, et sic omnis terra redacta est in sui potestate usque Neapolim, et cum magno et innumerabili exercitu ipsam civitatem circumdedit et obsedit, et cum multis et diversis machinis eam debellavit.

45 1191. ind. 8. Coelestinus III. sedit annis 7, mensibus 9. 7. Kal. Martii domna Aegidia de peregrinatione prospere regressa est. Episcopus Rodulfus Ferentinus 5. Kal. Martii mortuus est 18. Kal. Madii rex Henricus cum coniuge sua Constantia in ecclesia beati Petri a Coelestino papa imperiale coronam acceperunt 3. Kal. Madii.

50 1192. ind. 9. Hoc anno Diopuldus post reversionem imperatoris in Alamanniam coepit infestare regnum. Primo loco cepit Sanctum Germanum, quantum potuit expoliavit, et omnia mala quae facere valebat faciebat, per totum regnum depredabat, et homines

p. 289.

vendebat. Hunc rigorem recepit a decano Montis Casini, et a Iohanne monacho eiusdem loci.

Inter multa quidem mala, quae rex gesserat isdem,

Quatuor advenit Napolim lunisque resedit:

Urbs manet invicta, rediit sine coniuge missa.

Salerni produnt, capiunt, misere Panormum

5 Regi Tancredo de tanto munere laeto.

Morbo devicti, remeant ad propria dicti;

Iudicio Christi remanent per rura relicti,

Vix superest tellus morientibus his sine ferro.

Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit,

10 Et dux multorum lecto defertur equorum;

Muscaecerbellum iubet hic assumere bellum.

Cui sic incepit: *Pro me Corrade manebis.*

Annuit et, vitam pro quo nec ponere vitat,

Et roccae Sorae Corradus dulcis in ore.

15 De iusu cuius Arci remanet Diopuldus;

Et dux multorum cum paucis Theutonicorum;

Et patrios lares repetit sine coniuge, quam rex

Duxerat in regno secum remanere paterno.

Quos comes Acerrae sequitur, capud est quia guerrae.

20 Hunc statuit dictus regni dominumque magistrum;

Corde quidem parvus fuit hic, sed corpore magnus,

Pulcer in aspectu, viso velud angue receptus

Et fugit in bello vel ferrum iungere ferro,

Nomine Riccardus, nimis ad certamina tardus.

25 Fallax fortuna, quae dat post prospera dura,

Deseruit dictum, de quo satis est modo dictum.

Hic Capuam venit, hancque dolo non marte recepit:

De quibus invenit, nullum plus vivere quaerit.

Datque et aqueductus morientibus is sine lussu

30 Quod plaustro ponunt, canis est et fluminis onus.

Et de castello Capuae fit pax sine bello:

Liberet ut dictus Corradus se, dedit ipsum.

Nil modo plus dicam, rediit gens pestis iniqua:

Ad mala multorum remanent duo Teutonicorum.

35 Hi patriae fulgur Corradus est et Diopuldus.
Hi renovant bellum, perturbant undique regnum.
Hi via cunctorum radix; doctrina, malorum,
Ad famam quorum redit gens Teutonicorum,
Per mare; per terras reparantur et undique bella.
40 Ad Siculum ducat calatum nostrum mea Musa,
Mentibus adducat, quae sit fortuna secuta
Tancredum regem cum commissa sibi gente.
Reddat ut ablatam Romae mandat cui papa;
Reddidit, hancque cito missi retulere marito,
45 Et pater et natus a summo rege vocatus,
Deserit ad dicta puerum cum matre relicta,
Cui fuit et nata, pro multis luce creata;
Quam sibi coniunxit, rapuit, de carcere duxit
In bello doctus Brimmae Gualterius hostis.

p. 290.

50 Haec quia fama volans Gallorum duxit ad horas,
Rex diversorum collecta gente virorum
Apuliam quaerit, sulcavit et aequora remis.
Hic et Marchaldum iussit percurrere magnum
Aequoreos fluctus cum centum navibus aut plus;
55 Insimul has proras Messanae duxit ad horas.
Rex iuramenti Calabris aliisque receptis,
Tunc ad Messinam gaudet venisse carina.
Hanc urbem tollunt, mare pervenere Panormum,
Hos intraverunt portus simul applicuerunt.
60 Colloquio dulci sibi primos allicit urbis,
Et tactis sacris dedit omnibus oscula pacis,
Per Dominum veri, per caetera numina coeli
Unicuique sua servare per omnia iurat.
At fallax veri comitem Riccarde Caleni
65 Dirigit ad dictam pueri matremque relictam:
Urbs ut reddatur, monet, ut petat hoc comitatum.
Cui Litieque datur puer pro rege ducatus,
Per sacramentum puer donare Tarentum,
Si modo castellum reddat sibi Calatabellum.
70 Cur nimis infelix natorum tristia quaeris?
Tu fraudes morum non nosti Teutonicorum?
Omnia turbantur, pueri cum matre ligantur;
Iussit ut eis carcer custos ducatur, et arctet.
Gallia multorum fuit istis poena dolorum.
75 Lumine turbato puer post multa necato,
Mater et inbellis binae vixere puellae.
Quas comes ad lucis duxit portumque salutis,
Fertur et ad Brammam, per quem DC pendita dragma.
Hic et oves ipsas ad caulas detulit istas.
80 Si plus vixisset, mala quot et quanta tulisset,
De iussu cuius mors vitae, praevenit huius,

Nemo scire potest nisi solus qui regit omnes.
Omnia cum papa gaudent de morte tyranni.
Mortuus est mitis leo, raptor vel lupus agni,
85 Mortuus est vere, qui multos perdidit aere.
Si cui dixit *Ave*, fuit hoc ut ab hoste cavendum.
Mors necat, et cuncti gaudent de morte sepulti.
Apulus et Calaber, Siculus Tuscusque Ligurque
Italicis sextus Henricus nomine dictus
90 Teutonicorum natu rex, et origo malorum,
Imperio Romae sexto decessit ab anno,
Mille Dei centum bis demptis tribus ab istis
Transierant anni, perit cum pessimus anguis.
Ad Siculas partes vitam dimisit et artes.
95 Ductus Messenis cupiens poenas dare, poenis
Subditur infelix ibi mox, et ad infima venit.
Discere iustitiam magna res vivere recto,

p. 291.

Istius exemplo poterunt perpendere certo,
Quem rota fortunae, quem fallax gloria lunae
100 Enclipsin passum demersit ad infima lapsum.
Re patris invitus puer regnum rex Fredericus
Quod tenet, infidus vastat Diopuldus iniquus:
Additur huic Sorae Corradus dulcis in ore;
Marchio Marchaldus cupit his se iungere magnus
105 Quem pater ad curam pueri regni dare curat,
Cui parum durat regni pravissima cura,
Hunc necat obscura quae nulli parcere curat.
Hic quia Celani comitem devicerat, agris
Ceperat, et natum per quem putat esse beatum,
110 Non timet, inflatur, insanit, glorificatur.
Hunc qui sublimat, qui ditat, dicit ad ima.
Nobilis istorum mala vir sed tanta luporum
Atterit et fraudem quibus offers Apule laudem.
Mille Dei centum bis primo cum quibus anno
115 Per vim Francorum Capuae Terraequa Laborum
Est data magna salus Brammae, palus est ubi multa.
Teutonicorum Diopuldum vicit ad amnem
Agnellae pontis Francis Gualterius ortus;
Hisque die deno venit victoria coelo
120 De Iunii mense, quo multos vulnerat ense.
Ad Cavios victi fugiunt castrisque relictis.
His Aquilae, Fundi comes et Riccardus in undis
Effugiens letum, cupiens redire Traetum,
Voce petit coelum: *Socii remeate Calenum,*
125 *Nemo tantorum valet ictus ferre virorum.*
Fortes insistunt, quos spero vincere vincitum.
Annus idem Domini fuerat, sed pugna secunda.
Victus ab hoste fuit primo Diopuldus ad undam

- Pontis Caninarum prope Barulum Salpia Salum.
 130 Fulserat undena lux Francis illa serena
 Octubri mensis, ubi Christus pugnat et ensis
 Apuliae, molles comitis fugat ille cohortes;
 Per quem Scifridus, Octo Laviensis iniquus,
 Carcere cunctorum sua lugent et sociorum.
 135 Venit ad haec laetus Veneris certamina Petrus
 Auri nummorum quem copia solum equorum.
 Interfectorum nescimus nomina quorum;
 Corpora rure iacent, et omnibus ilia patent.
 Laudem sublimem fers Apule, tuque Latine
 140 Regi cunctorum, qui traxit ab ore luporum,
 Et vos per Francos facit amodo vivere francos.
 Annus erat quartus Domini cum mille ducentis
 Quando Summae Diopuldus in arce retentus,
 Fur lupus inquis; laqueatus per Lodoicum.
 145 Hanc decet et Iani lucem prima venerari,
 Qua fuit impulsus, cui tam pius extitit usus,
 Qua terit hunc axis qui se coniunxerat astris;

p. 292.

- Quem rota sublimat, eadem duxit ad ima.
 Huius opus gessit, hic munus rite capescit.
 150 Tristitiam tristi Dominus modo duplicat isti.
 Nil faciendo morae Corradus tunc cito Sorae
 Custodum fraude roccam suscepit et arcem.
 Gaudeat et caveat, nec nimium paveat.
 Sunt quia divisi consortes ad mala nisi.
 155 De domibus regno veteri de Turre memento
 Tertius annus erat Domini cum mille ducentis,
 Quando Salerni Gualterius ille receptus,
 Urbis per stultum medium fugat et Diopuldum.
 Prospera mensis erat lux Francis et duodena,
 160 Quam decet a regni venerari gente Novembri.
 Quintus et annus erat Domini cum mille ducentis,
 Et fuit undena Iunii lux in prima mensis,
 His octava datur indictio quae renovatur,
 Cum comes est Brammae Sarni devictus ad amnem
 165 Stultitia casu nec Marte solo superatus.
 Multos Francorum dolor angit et Italicorum.
 Est Runcevalli similis devictio Sarni,
 Quando nepos magni Caruli fortissimus armis
 In campo victus, Ganulus cum prodidit ipsum,
 170 Qui revocare tuba dominum sociosque refutat.
 Heu regale genus, iubar et decus omne Quiritum,
 Heu genus oppositum vitiis, virtute potitum,
 Quod cito sic cecidit multorum gloria, virtus!
 Multis Apuliae capud est a corde rescissum,
 175 Et datur ut culmo viridi sedeat Diopuldo

Qui nunquam novit quae sit natura leonis,
Indulgere quia cuius scit nobilis ira,
Parcere prostratis hic novit et humiliatis.
Culmus id est mundus, auriga Deus, rota currus,
Quos si quando volet ditat, terit et levat ore.

1193. ind. 10. Hoc anno dominus Coelestinus papa misit domnum Aegidium diaconum
35 cardinalem Anagniae Panormum; retulit imperatricem Constantiam, quam Salernitani
dederant regi Tancredo, et honorifice duxit eam Romam, et sic dominus papa honorifice
remandavit eam cum suis expendiis imperatori in Alamanniam.
1194. ind. 11. Hoc anno imperator praeparato magno stolio per mare misit in Siciliam,
et ipse cum magno exercitu per terram veniens 8. Kal. Septembris Campaniam applicuit,
40 et eam totam foderavit, et data securitate et pace toti Campaniae fecit Babucum expoliare
et depraedari. Postea ivit Salernum, et fecit magnam partem murorum diruere, et omnes
homines quos ad manus potuit habere captivavit, et totam civitatem expoliavit pro vindicta
uxoris suae, quam dederant regi Tancredo; et sic transivit in Siciliam.
- Mense Decembris cum multis falsis promissionibus recepit Panormum et palatum, et
45 cum multis fallaciis et deceptionibus et sacramentis abstraxit regem Rogerium de castro
Catabellocte, ubi ipse secure et abundanter in divitiis et in cibariis permanebat.
1195. ind. 12. Hoc anno imperator Henricus per sacramenta decepit regem et omnes
comites, et posuit eos in vinculis et in ergastulis, et omne aurum et argentum quod de
regno ad manus habere potuit congregavit, et per terras et per mare in Alamanniam
50 misit; et ipse per terram reversus est in Alamanniam, deducens secum ligatos regem et
comites et quam plurimos alios.
1196. ind. 13. Hoc anno gratia et misericordia Dei omnipotentis tempore domini

p. 293.

Iohannis de Ceccano ecclesia sanctae Mariae Fluminis honorifice dedicata est et consecrata.
Ad quam consecrationem fuit tamquam pater dominus Iordanus presbyter cardinalis et
dominus Berardus Ferentinus episcopus, dominus Iohannes Anagninus episcopus, dominus
Petrus Signinus episcopus dominus Oddo Verulanus episcopus, dominus Taddaeus Alatrinus
5 episcopus, dominus Tedelgarius Tarracinensis episcopus. Officium sic incoepum est. 9. Kal.
Augusti post coenam convenientibus episcopis cum domino cardinali et cum maxima
multitudine clericorum et laycorum tam Campaniae quam Maritimae et aliarum provinciarum,
ad ecclesiam sanctae Mariae Fluminis ordinata est processio; in qua processione
fuerunt 7 paria facularum adcensa, 20 turibula argentea cum igne et aromatibus, 4 euangelistaria
10 argentea, 12 cruces argenteae, et 4 cagae cum reliquiis, quas reliquias deportaverunt
ad 4 papiliones, qui permanebant in cannapinis extra circuitum ecclesiae, cantantes
responsorium: *Haec est vera fraternitas*. Et in unoquoque papilione 7 lampades erant
ardentes, et sic in papilionibus vigilatae et custoditae sunt reliquiae a clericis cantantibus
et laudantibus et benedicentibus Dominum, et undique cantus et laus laycorum virorum et
15 mulierum per totam noctem non defecit.

Facto mane convenientibus episcopis et congregatis cum domino cardinale, secundum
rationem consuetudinis primo loco consecraverunt ecclesiam beatae Mariae semper virginis.
Deinde reparantes processionem; euntes ad papiliones tulerunt inde reliquias, et portaverunt
eas in ecclesia sanctae Mariae. Precibus omnium episcoporum dominus cardinalis locutus est
20 tam bene et subtiliter, quod omnes qui heri et nudius tertius eum agnoverant, incredibili admiratione
mirati sunt. Nondum finito sermone ecce dominus Iohannes de Ceccano, qui graviter
infirmabatur in domo sua, advenit sanus intus in ecclesiam; quod videntes omnes homines,
pro maximo miraculo recipientes, et quasi per medium horam stupendo cum ingenti voce

gratiarum laudaverunt et benedixerunt Dominum, qui vivit et regnat in coelis. Sermone
25 finito, altare maius quod est in medio ecclesiae sanctae Mariae situm consecratum est per
manus domni Berardi venerabilis Ferentinatis episcopi, assistantibus et cooperantibus ei
domno Iordanu venerabili cardinali sanctae Romanae ecclesiae, et domno Iohanne venerabili
Anagnino episcopo ad honorem Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti et gloriosissimae
virginis Mariae matris domini nostri Iesu Christi de reliquiis istis: de ligno Domini,
30 de vestimento beatae Mariae, Petri apostoli, Iacobi apostoli, Marci euangelistae, Laurentii
martyris, Sebastiani et sotorum eius, Pancratii et sotorum eius, sanctorum innocentium
Marii Marthae Audifax et Abacuhc, Stephani papae, de lapide sancti Stephani protomartyris,
Chrisanthi et Dariae et sotorum eius, Eventii et Alexandri, Caesarii martyris, Quirilli episcopi
et martyris, Nicolai episcopi et confessoris, Ylarii diaconi, Barbare virginis et martyris,
35 Margaritae virginis et martyris, Aureliae, Superantiae, de vestimento sancti Thomae Cantuariensis
archiepiscopi. Ipso die et ipsa hora consecratum est altare sancti Pauli, quod est situm in
porticu praedictae ecclesiae, per manus domni Oddonis venerabilis Verulani episcopi de reliquiis
istis: Marcellini et Petri; Marci et Marcelliani, Mauriti martyris, Naboris martyris, Abundii,
Nereii, de sanguine beatae Lucillae. Secundinae virginis. Eo die et eadem hora altare sancti
40 Quirici, quod est situm in alio porticu saepe nominatae ecclesiae, consecratum est per manus
domni Thaddei venerabilis Alatrini episcopi de reliquiis istis: de ligno Domini de petra sepulchri,
Sebastiani, quadraginta martyrum, sanctae Barbarae. Ipso die et ipsa hora ecclesia
beati Matthaei apostoli, quae est iuxta saepe dictam ecclesiam, cum altari consecrata est per
manus domni Petri venerabilis episcopi Signini, assistente et cooperante ei domno Tedelgario
45 venerabili Tarracinensi episcopo de reliquiis istis: de vestimento virginis Mariae,
Philippi et Iacobi, Marci et Marcelliani, Grisanti et Darie, Concordii martyris et aliorum
sanctorum, quorum nomina Deus novit. Expletis divinis officiis reversus est unusquisque
episcopus ad propria hospitia. Dominus cardinalis reversus est ad curiam. In apparatu
ciborum 100 panes, 6 urnae vini, 1 vacca, 2 porci, 2 castrati, 6 gallinae, 15 pulli, 1 anser,
50 media libra piperis et cinnamomi et sofferanae. Dominus episcopus Anagninus ad ecclesiam
sancti Iohannis, 90 panes, 5 urnae vini, 1 vacca, 1 porcus, 4 gallinae, 10 pulli, 1 anser,
9 quartae de annonae, 1 par bacilium, 2 tuallae, 1 libra de cera pro candelis, et 2 pro faculis.
Dominus episcopus Alatrinus tantundem ad ecclesiam sancti Petri. Dominus episcopus
Verulanus tantundem ad ecclesiam sancti Quintiani. Dominus episcopus Terracinensis ad
55 ecclesiam sancti Nicolai 50 panes, 2 urnae vini, media vacca, medius porcus, 2 gallinae,

p. 294.

6 pulli, 1 anser, 3 unciae piperis et cinnamomi, 3 quartae annonae 2 bacili, 2 tuallae,
1 libra de cera pro candelis, 2 pro faculis. Dominus episcopus Signinus tantundem ad
domum Stephani de Natoni. Magister Iohannes Ferentinus, 1 porcus, 20 panes, 1 urna vini,
3 pulli, 1 quarta de annonae, 1 uncia piperis ad domum Iohannis Gagitanis. Omnes ecclesiae
5 de Ceccano secundum quantitatem habuerunt panem et carnem. Dominus Berardus
episcopus Ferentinas remansit ad ecclesiam sanctae Mariae propter Ferentinates quibus
volebat dare expensas, et dedit omnibus illis qui recipere voluerunt; et corpus ecclesiae
tantis hominibus dedit cibalia, ut illi qui scribere vellet fastidium generaret; sed gratia Dei
nullus venit eo tempore pro cibaliis qui vacuus recederet.
10 Finita consecratione ecclesiarum et altarium, primam oblationem quae ibi oblata fuit
domnus cardinalis obtulit, et manibus suis posuit super maius saepe nominatum altare
suum paratum pretiosum, videlicet bonum amictum frisatum, bonum camisium frisatum,
bonum cingulum frisatum, pulchram stolam cum manuale, optimam tunicam cum dalmatica
et planetam frisatam cum tali friso, quod dominus cardinalis emerat in Colonia pro novem
15 marchis de argento, optimam tuallam frisatam super altare, pulchra sandalia cum caligis,

bonum faldestorum. Secundam oblationem dominus Iohannes de Ceccano obtulit, videlicet chartam libertatis, quam ipse manibus suis supra saepe nominatum altare posuit taliter scriptam:

20 *In nomine Domini amen. Anno dominicae incarnationis 1196. pontificatus domni Coelestini III. papae anno 6, indictione 14, mense Iulii, die 24. Iulii. Hac die ego Iohannes de Ceccano in praesentia domni Iordani cardinalis Sanctae Pudentianae charissimi patrui mei, et venerabilium episcoporum Berardi Ferentinatis, Petri Signini, Iohannis Anagnini, Tadei Alatrini et Oddonis Verulani, Tedelgarii Tarracinensis, et multorum hominum totius Campaniae et Maritimae, tam clericorum quam etiam laicorum, inductus amore divino, et pro redemptione animae meae atque meorum parentum praeteritorum praesentium et futurorum, concedo ecclesiae sanctae Mariae de Flumine, et domno Landulfo dilecto abbati eiusdem ecclesiae, et universae familiae eius, tam clericis quam etiam laicis, praesentibus et futuris, plenam et perpetuam libertatem, abrenuntiando datae malo usui, et omnibus exactionibus; et si quis pro quocunque crimine commisso ad ecclesiam istam configerit, nec ego nec successores mei per me vel per ministros meos ei, dum ibidem fuerit, nec violentiam aliquam nec iniuriam inferemus, nisi in mortem meam, meorum haeredum, vel in proditione castrorum meorum, vel in combustione ipsorum castrorum fuerit machinatus. De ordinatione clericorum et destitutione me nullatenus intromittam. Si vero clericus aut laicus eiusdem ecclesiae in aliquo offenderit, abbas cum clericis in eorum capitulo cogent ipsum ad iustitiam exhibendam; salvo iure patronatus. De consilio igitur communis domni Iordani cardinalis et omnium episcoporum, et consensu Iohannis de Ceccano institutum est, ut quicunque contra hanc concessionem fecerit, vinculo anathematis innodetur, et partem cum Dathan et Abiron habeat. Ad maiorem itaque cautelam, ne quod factum est, diuturnitate temporis in oblivionem veniat, presbytero Benedicto dilecto notario nostro id scribere mandavimus, et cartam ipsam fecimus sigilli nostri munimine 40 insigniri.*

1197. ind. 15. Hoc ipso anno Henricus imperator egressus Alamanniam, pridie Kal. Decembris advenit Ferentinum, et per 7 dies ibi moratus cum pace et aequitate, postea ivit Capuam; et invento ibi comite Riccardo de Cerra in ergastulis fecit eum iudicare et per pedes ad caudam equi ligare et per lutum omnium platearum Capuae fecit deducere; 45 et iussit eum post hoc per pedes appendi, et tam diu in patibulo mansit appensus, quoique imperator mortuus est. Post nativitatem Domini Henricus imperator egressus Capuam, ivit in Siciliam. 17. Kal. Februarii Celestinus papa obiit. Eo die Loterius diaconus cardinalis electus, 7. Kal. Martii consecratus est in Innocentium III. papam.

1198. Hoc anno Henricus imperator obiit in Sicilia. Philippus et Oddo electi reges 50 in Alamannia. Hoc anno Mercoaldus et Diopuldus et Corradus Sorelle congregato magno exercitu Teutonicorum cuperunt Sanctum Germanum. et depraeaverunt, et omnes homines et mulieres fugientes ad Montem Casinum, quos capere potuerunt, in vinculis tenuerunt et vendiderunt, et monasterium obsiderunt per 8 dies. Aveniente nocte festi sancti Mauri, Dominus misit super eos tantam tempestatem ventorum et aquarum, quod diruit omnes

p. 295.

5 papiliones, et fugientes ad Sanctum Germanum multi mortui sunt per viam. Populus qui erat intra monasterium, egressus mane, videns miraculum quod factum fuerat, deferens gratias Deo, remiserunt papiliones et omnia quae ibi invenerunt. Et Teutonici ultra non fuerunt ausi ibi ascendere, sed custodiebant vias, ne innumerabilis populus virorum mulierum parvolorum Sancti Germani et abbatiae fugere posset. Sciebant inopiam panis ibi esse, sed abbas Roffridus et magister Gerardus cardinalis cum consilio multorum nobilium armatorum qui ibi erant pro defensione monasterii, dederunt 300 uncias auri Mercoaldo; et sic reliquit Sanctum Germanum valde vastatum; et cum toto exercitu ivit in Siciliam. Quot et

10 quanta mala ibi fecit et successores sui, magis generaret fastidium tristitiae quam affectum laetitiae. 2. Kalendas Decembris venit Diopuldus in Campaniam cum exercitu, et cepit Ripas et Turicem, et sedit ibi per 3 ebdomadas, et depraedavit et guastavit quantum potuit ipsa tantummodo castella.

1199. Hoc anno venit comes Gualterius Francigena; mense Iunii ingressus regnum ivit Capuam. Diopuldus cum comite Fundano et cum magno exercitu ivit super Capuam ad capiendum comitem Gualterium. Comes Gualterius cum parvo suo comitatu 4. Idus Iunii egressus foras, confidens in misericordia Dei ivit super Diopuldum, et expulit eum et fugavit de castris, multis interfectis et captis. Videntes Capuani tantum miraculum, valde obstupuerunt et laudaverunt Deum. Cum comes Gualterius omnia castra videret vacua de hominibus, plena magna suppelectile et animalibus; primo loco milites omnes quos habebat captos misit in custodiam Tianum. Postea de castris et equis pro suo velle et gratia dedit benedictionem Capuanis. Alio die omnes mortuos, qui iacebant per campos, fecit eos sepelire in magnum vallum. Diopuldus, Sifridus et Oddo Laviensis et alii quam plures in Apuliam fugientes, eodem anno et tempore vires et animum resumentes, et viriliter confortantes, coeperunt congregare exercitum et praeparare se ad pugnam campestrem in territorio Barlettae prope pontem Cannarum. Quod audiens comes Gualterius, similiter congregavit exercitum cum domino Roffrido Casinensi abbatte, et cum magistro Rogerio Apuliae cardinali ivit super exercitum Diopuldi paratus ad bellum. Adveniente fine mensis Octobris comes Gualterius coepit pugnare fortissime Diopuldum et exercitum eius; in qua pugna Diopuldus devictus et fugatus, captus est Sifridus, et Oddo Laviensis et quam plures alii parvi et magni. Tanta strages mortuorum ibi facta est, quae. prae multitudine numerata non fuit. Et sic comes Gualterius in campo Dei misericordia vicit extitit.

In nomine Domini. Amen. Anno dominicae incarnationis 1201, ind. 4, pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius 4, Kalendis Maii. Hac die, in praesentia nobilissimi viri domni Iohannis de Ceccano ante portam Sanctae Mariae Fluminis, ego Robertus quondam filius domni Raynaldi vicecomitis, miles et habitator Ceccani, vendo tibi presbytero Landulfo et abbatui Sanctae Mariae Fluminis de Ceccano et tuis successoribus in sempiternum, unam terram quae est in territorio Ceccani, in loco qui dicitur Campus amici, pro 6 libris proveniens, et si plus valet dono ipsi ecclesiae praescriptae pro anima mea et parentum meorum; cuius latera sunt haec: a primo, secundo et tertio latere terra Benedicti Iohannis papae, a quarto latere via publica; et promitto me ipsam terram defendere ab omni homine qui calumniam facere vellet iam dictae ecclesiae; et si non defendero, obligo me meosque haeredes in poena duplum, et poena soluta venditio firma permaneat. Huius venditionis hi sunt rogati testes: Benedictus de Land. Magister Spinellus. Magister Raynon. Petrus de Viguerla. Magister Raynulphus. Anno Domini 1201, ind. 4, pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius 4, mense

45 *Augusti, die 22. Quoniam humana natura imbecillis et debilis, ea quae ab hominibus aguntur de facili diuturnitate temporis oblivioni mandat; ideo in legibus et consuetudinibus introductum est, ut scriberentur. Ego Iohannes de Ceccano propria et spontanea mea bona voluntate trado et dono in perpetuum tibi domino Landulfo abbatui venerabili Sanctae Mariae de Flumine de Ceccano duas petias terrae in territorio Ceccani, unam in loco qui dicitur Campus amici, in cuius latera sunt haec: a primo latere terra Roffridi de Marina, a secundo via publica, a tertio latere terra de Landulfo de Suffla, a quarto flumen. Alio vero terra in loco qui dicitur Cosa, a primo latere terra Sancti Clementis et terra Sancti Nicolai, a secundo latere Cosa, a tertio latere terra domni Beraldii et terra Girardi, a quarto latere via publica. Pro qua donatione recipio unum molendinum in territorio Ceccano, in loco qui dicitur Vadum in locatione*

*presbytero magistri Ioachim, presbytero B. de Alberto, diacono Christophoro, diacono Nicolao, subdiacono Guidone, clero Iacobo et clero Adinulpho. Tali siquidem conditione praedictum
5 debo molendinum, tenere et habere in vita mea, quod post mortem meam totum integrum revertatur molendinum ecclesiae sanctae Mariae cum ferramentis et petris, quae tunc temporis ibi erunt. Et si aliquis forte, quod non credo, litem aliquam vel calumniam ecclesiae iam dictae inferre attentaverit, do tibi tuisque successoribus plenam potestatem eos sub vinculo anathematis innodare. Ad maiorem igitur cautelam preecepi presbytero Benedicto notario meo, ut hoc
10 totum in scriptis redigeret et sigilli mei munimine roboraret. Hi sunt vocati testes: Domnus Iohannes Domini. Domnus Trasmundus Sarracenus. Domnus Siginulfus. Domnus Iohannes domni Radulphi. Domnus Philippus domni Rainaldi.*

*In nomine Domini. Amen. Anno dominicae incarnationis 1202, ind. 5; pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius 5, mense Aprili, die 15. Iohannes de Ceccano dilecto cellarario suo Noe salutem et amorem. Volentes diligere ecclesiam sanctae Mariae Fluminis de Ceccano
15 et in veneratione eiusdem ecclesiae abbatem domnum Landulfum et eius socios habere, atque in iustis petitionibus tuis te in hac parte audire, admittimus preces tuas, atque damus tibi licentiam vendendi terram quam tu habes in territorio Ceccano in loco qui dicitur Pariti, secundum quod petisti. Ego Noe nullo me prohibente neque vim faciente, sed propria spontaneaque mea bona voluntate vendo tibi domno Landulfo abbati Sanctae Mariae de Flumine praedictam terram et
20 tuis successoribus, in praedicto territorio et loco Ceccano pro viginti solidis, et si plus valet dono ipsi ecclesiae in perpetuum, cuius latera sunt haec: a primo latere terra Transmundi de Aczo, a secundo latere terra domni Simonis de Mauro, a tertio et quarto latere via publica. Hi sunt testes: Domnus Siginulfus. Domnus Philippus domni Rainaldi. Domnus Guido domni Rainaldi clericus.*

25 1200. Terrae motus grandis.

1202. ind. 5. Hoc anno 3. Kal. Ianuarii fuit nimia tempestas ventorum, quae arbores eradicavit innumeratas, aedificia diluit, domos evertit, atque eversione domorum et allisione sua plurimos interemit. Hic annus ab omnibus dictus est annus famis. Mensura grani de Ceccano assidue vendebatur pro 16 solidis proveniens et haec inopia frumenti fuit per totam Lombardiam et Thusciam Romaniam et Campaniam; per regnum Apuliae et Terrae Laboris.

1203. ind. 6, 11. Kal. Februarii Beraldus episcopus Ferentinus obiit. Nonas Maii indignatione Romanorum dominus papa venit Ferentinum, 2. Kal. Iunii fecit ibi et consecravit domnum Albertum Longum canonicum Anagninum episcopum de Ferentino.

35 1204. ind. 7. Hoc anno 7. Kal. Februarii Corradus comes Sorelle genere Teutonicus venit Babucum nocte cum multitudine armatorum, et per scalas quas secum detulerant ascendentates, introgressi sunt nemine sentiente. Expergefacti tandem ad quorundam suorum clamores Babucani et se invicem cohortantes, divino nutu expulerunt omnes. Atque interfectis ex eis amplius sexaginta vulneratisque nonnullis, inanes ac vacuos remiserunt.

40 1206. ind. 9, 7. Kal. Madii dominus Iordanus presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae obiit; 2. Idus Maii dominus papa Innocentius Ferentinum venit, et ab ecclesiis fodorum recipere noluit, dicens quod ultra modum ecclesiae gravarentur. 2. Kal. Iunii Stefanus diaconus Sancti Eliae de Ceccano factus est camerarius domni papae.

1208. ind. 11, 15. Kal. Martii, anno 10. domni Innocentii papae III, Sorella capta est; 45 et Nonas Ianuarii Sora tradita est et a Teutonicorum tirannide liberata. Factum est hoc per domni papae Innocentii III. sollers studium et laborem in manu camerarii sui domni Stephani, germani sui Riccardi, domni cardinalis Petri de Sasso rectoris Campaniae. Sora autem tulta est per abbatem Casinensem Roffridum et Malgerium Sorellum et quosdam alios. Duravit hoc Teutonicorum iugum gravissimum 17 annis, per quos tota regio multifarie multisque modis afflita est et depauperata perplurimum. Oddo imperavit. Celebrato festo ascensionis Domini Innocentius papa III. egressus Roma venit Anagniam; 16. Kal.

Iulii egressus Anagniam invenit dominum Iohannem de Ceccano cum 50 militibus pulcherrime praeparatis ad Alatrum ad conducendum et ludendum coram domno papa usque ad fontem castri Iuliani, ubi inventus est cleruſ totius terrae domni Iohannis de Ceccano,

p. 297.

paratus ad processionem usque intro castrum Iuliani. Ante ianuam ecclesiae domnus Albertus Ferentinus episcopus cum clericis de Ceccano honorifice paratis et indutis vestibus ecclesiasticis, recepit dominum papam, cantando responsorium: *Tua est potentia*. Finita apostolica benedictione, unusquisque rediit ad propria hospitia, clerici de Ceccano redierunt ad papilionem; extra castrum honorifice praeparatus fuerat eis cibus. Ministri domni papae et cardinalium et aliorum clericorum et laycorum receperunt cibaria honorifice et abundanter pro suo velle in platea, in pane et vino et porcis, in vaccis. in castratis in haedis, in porcellis, in gallinis, in anseribus, in pipere, in cinnamono, in soprhana, in cera, in hordeo et in herba. Post nonam usque in hora coenae cum suis militibus domnus Iohannes de Ceccano in praesentia domni papae iocavit burbudando. Feria tertia alio die domnus papa ivit Pipernum, et cornedit ibi et dormivit; et dominus Iohannes de Ceccano cum toto comitatu suo similiter Pipernum ivit. Ad auram post meridiem dominus papa cum omnibus ivit ad monasterium Fossae novae; solemniter receptus cum processione, in refectorio cum conventu coenavit. In sero inventi sunt 200 equi ad hordeum, paleam et herbam.

Feria quarta clarente die dominus papa dedicavit altare maius ecclesiae novae praedicti Monasterii. Eadem hora et in ipso loco dominus Riccardus frater domni papae factus est comes Sorae, et exaltatus, et bucina vociferatus per prothonotarium a domino Federico rege Siciliae pro hoc delegatum. Et per totum diem ibi dominus papa moratus cum conventu, comedit in refectorio. Feria quinta adveniente dominus papa a conventu monachorum, usque ad portam monasterii cum processione celebri conductus, ivit ad castrum Sancti Laurentii; die et nocte permansit ibi. Feria sexta adveniente ivit Castrum, et die et nocte ibi pernoctavit. Sabbato transivit ad Ceperanum, die et nocte permansit ibi. Dominico die proximante a clero totius abbatiae Montis Casini sollemniter in Sanctum Germanum dominus papa receptus est, et ibi permansit usque in 7. Kal. Augusti. Propter quod festum beati Iohannis baptistae, sancti Petri apostoli et sancti Iacobi apostoli celebravit ad Montem Casinum. 7. Kal. Augusti dominus papa ivit Soram, et ibi recepit ecclesiam sanctae Mariae Fluminis de Ceccano sub sui protectione et beati Petri apostoli, et memoriales litteras suo sigillo signatas in hunc modum fieri paecepit:

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et clericis Sanctae Mariae de Flumine de Ceccano salutem et apostolicam benedictionem. Iustis potentiis desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus grato concurrentes assensu, personas vestras et ecclesiam sanctae Mariae de Flumine de Ceccano, in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem sancti Stephani et sancti Quirici ecclesias cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis, forestam iuxta ecclesiam sancti Stephani et de capite pontis de prato et de tineis, molendina, vineas iuxta ecclesiam ipsam, et aliam, quam emistis in loco qui appellatur Marana, redditus, decimas, oblationes, homines, hortos et possessiones alias ad vestram ecclesiam pertinentes, sicut hactenus iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesiae auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus, libertates quoque et immunitates, nec non et exceptiones secularium exactiōnum, a dilecto filio nobili viro Iohanne de Ceccano, tam pie quam provide vobis et ecclesiae vestrae concessas, sicut in eiusdem nobilis authentico

45 *perspeximus contineri, ratas habemus, et eas perpetuis temporibus illibatas decernimus permanere, cuius tenorem de verbo ad verbum praesenti pagina duximus inserendum: „In nomine Domini. Anno dominicae incarnationis – insigniri.” Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri*
50 *et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Sorae 14. Kal. Septembbris, pontificatus nostri anno 11.*

Audita fama et cognita rei veritate dominus papa de morte Philippi dicti regis

p. 298.

Alamanniae, condoluit miserae morti eius, eo quod ita subito sub papilione in lecto nudus iacens, per manus cuiusdam fidelis sui qui dicebatur Falsusgrave mortuus est. Eadem hora constituit duos legatos videlicet domnum Hugulinum Ostiensem episcopum, et domnum Leonem Branceleonis presbyterum cardinalem Sanctae Crucis; et misit eos in Alamanniam
5 ad conducendum Oddonem regem Romae pro accipienda ibi imperiali corona. 12. Kal. Octobris dominus papa egressus Sora, venit ad monasterium Casaemarii, et pernoctavit ibi. Alio die valde mane dominus papa ivit Ferentinum, et mansit ibi per mensem, et ab episcopo Alberto noluit recipere fodorum, dicens: *Ego scio statum ecclesiarum; episcopi vestri si tot et tantis vicibus quantis ego Ferentinum venio, a vobis fodorum recipere vellent, ecclesiae vestrae ultra modum gravarentur, et ob hoc recipere nolo.* Dominus papa reversus est Romam, et hiemavit Romae.
10 1209. ind. 12. adveniente, tempore aestatis post ascensionem Domini papa Innocentius ivit Viterbium; aliquando visitans vicinas terras, tamen Viterbium revertebatur, et tamdiu ibi stetit, quoisque advenit Oddo rex cum magno et inusitato exercitu. Dominus papa pro sua voluntate cum Oddone rege multa locutus, reversus est Romam, et rex Oddo post eum cum exercitu. Kalendis Octobris dominus papa in ecclesia sancti Petri honorifice coronavit praedictum Oddonem imperiali corona. Celebrato sacrificio coronationis dominus papa volens reverti Romam, non poterat propter innumerabiles armatos equites Teutonicos, qui manebant extra ianuas Sancti Petri usque in portam Romae pontis Sancti Petri.
15 20 Oddo coronatus imperator vestitus imperialibus vestimentis sacratis, mitratus et coronatus, ivit cum domno papa usque ad portam Romae et dominus papa ibi eum benedixit, licentiauit et rogavit eum, ut alio die adveniente recederet a territorio Romano; quod ipse minime fecit, sed deficiente Romano fodoro et adveniente in castris panis et vini inopia, volens nolens recessit a Roma; et ab ipso tempore Oddo imperator periurando coepit habere
25 30 irrita et vacua omnia praecepta domni papae, et infestare et minuere omnia iura ecclesiae; sed quia Dei iudicio exercitus eius fame consequente decrescebat quotidie, ferocitatem animi sui non poterat perficere. Unde dominus papa coepit eum monere per archiepiscopum Pisanum et alias episcopos et abbates, ut recederet ab iniquitate et infestatione ecclesiae, quod facere contempsit, et recognosceret Deum, et viveret secundum legem Dei omnipotentis, et ratione et iustitia, et obedientiam ecclesiae observaret, et perficeret quae iureiurando promiserat. Omnia vilipendens facere recusavit, tandem dominus papa eum excommunicavit. Per Lombardiam et per Tusciā Oddo dictus imperator hiemavit.
35 *In nomine Domini amen Anno Domini 1209, pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius 12, mense Martii, die 8. Hac die ego magister Rainolfus nullo me prohibente aut vim faciente, sed propria spontaneaque mea bona voluntate trado et vendo tibi domno Landulfo venerabili abbatи Sanctae Mariae de Flumine, et sociis tuis omnibus vestrisque successoribus in perpetuum pro iam dicta ecclesia, id est vineam unam positam in territorio Ceccano in via sancti Stephani; propter quod accepi a vobis tres libras proventiensum, concessa mihi licentia a domno Iohanne comite Ceccano. Et si ego vel mei haeredes vobis vestrisque successoribus litem aliquam*

40 *intulerimus, et ab omni homine eam non defenderimus, obligo me meosque haeredes vobis
vestrisque successoribus in poena dupli; et venditio haec firmo permaneat. Et ego Iohannes
comes Ceccani inductus utriusque partis precibus, et pro redemptione peccatorum meorum,
concedo et confirmo hanc venditionem huius vineae fieri, quae his lateribus terminatur. A primo
latere est via publica, a secundo latere est vinea Petri Versagranum, a tertio est terra Gammecase,
45 a quarto est vinea magistri Bellonis. Ad maiorem itaque cautelam paecepi presbytero
Benedicto dilecto notario meo, ut hoc in scriptis redigat et mei sigilli impressione consignet.
Hi sunt rogati testes: Magister Spinellus testis. Magister Amatucius testis. Amato Iohannis
Bovis testis.*
50 *In nomine Domini amen. Anno dominicae incarnationis 1209, pontificatus domni Innocentii
III papae anno 12, mense Novembris die 3. Hac die ego .Bartolomeus malii Nepotis
nullo me cogente aut vim inferente, sed proprio motu et mea voluntate atque tributa mihi
potestate a domno Iohanne comite Ceccani, trado et vendo tibi irrevocabiliter et in perpetuum
domno Landulfo venerabili abbati Sanctae Mariae de Flumine, et sociis tuis omnibus vestrisque*

p. 299.

successoribus, id est vineam unam positam in territorio Ceccano, quae his terminatur lateribus:
a primo latere est rivus balnei, a secundo est vinea Baronis Gaudibilis et terra Iohannis Sarraceni,
a tertio est terra Raynaldi Mucidi et vinea Rachelis, a quarto est vinea Petri Maionis.
Propter quod accepi pretium a vobis quatuor libras proventiensum et dimidiam, et quod plus
5 valet do vobis pro redemptione peccatorum meorum. Et si ego vel mei haeredes
vobis vestrisque successoribus litem aliquam intulerimus, et eam ab omni homine non defenderimus,
obligo me meosque haeredes vobis vestrisque successoribus in poena dupli, et venditio
haec firma permaneat. Et ego Iohannes Dei gratia comes Ceccani, inductus utriusque partis
10 precibus et pro redemptione meorum peccatorum concedo et confirmo hanc venditionem huius
vineae fieri. Ad maiorem itaque confirmatione paecepi presbytero Benedicto, dilecto notario
meo, ut hoc in scriptis redigat, et mei sigilli impressione consignet. Hic sunt rogati testes:
Magister Iacobus Sancti Heliae testis. Guido Clericus Ferentinus testis. Robertus domni Raynaldi
testis.
15 *In nomine Domine aeterni amen. Anno dominicae incarnationis 1209, pontificatus domni
Innocentii III. Papae anno eius 12. Kal. Maii. Hac die consecratum est altare ecclesiae beati
Iacobi apostoli, quae posita et iuxta pontem Ceccanum, per manus domni Alberti venerabilis
Episcopi Ferentini. De reliquiis sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi, sancti Stephani
Protomartyris, sancti Nicolai confessoris, sancti Blasii martyris, sanctae Barbarae virginis,
et sanctorum martyrum Crhysanthi et Dariae et sociorum eius, Eleutherii episcopi et martyris,
20 Ambrosii martyris, Pontiani martyris, Marcellini et Petri, et aliquorum quorum et nomina
Deus novit. Et ego Albertus de Dei misericordia confisus et meritis gloriosae virginis Mariae
et beatorum apostolorum et sanctorum martyrum Iohannis et Pauli atque Ambrosii et omnium
sanctorum, omnibus qui ad praenominata ecclesiam in huius consecrationis die cum devotione
et reverentia venerint ad rogandum Deum pro remissione peccatorum, de iniuncta sibi poenitentia
25 quadraginta dies et quartam partem venialum relaxamus, per Christum dominum
nostrum. Et hanc chartam nostri sigilli munimine confirmamus.*
In nomine domini nostri Iesu Christi anno eius 1209, pontificatus domni Innocentii III.
papae anno eius 12, mense Augusti die 4. Quoniam humana natura debilis est et infirma, ideo introducitur
est et sapienter provisum, ut ea quae inter homines contrahuntur, in scriptis
redigantur, ne oblivioni perpetuo tradantur. Ego Iohannes de Ceccano propria spontaneaque
30 mea bona voluntate, nullo me cogente aut vim faciente, pro redemptione animae meae irrevocabiliter
trado et dono in perpetuum ecclesiae sancti Iacobi, cappellae sanctae Mariae de
Flumine et domino Landulfo venerabili abbati eiusdem loci et sociis eius quendam hominem

meum Iohannem Bonum nomine, cum toto tenimento suo, mobilibus et immobilibus suis, et omnibus ad eum pertinentibus, reservata mihi meisque haeredibus hac conditione, ut quando colligere faciam maiorem datam, ab ipso Iohanne Bono competens quaeratur adiutorium, ita quod non sit gravatus. Facta est itaque talis donatio in praesentia Iohannis abbatis Sancti Clementis, Beraldi abbatis Sancti Angeli de Casuere, et Georgii Sancti Heliae capellani, et in praesentia Philippi de Raynaldo, Philippi domni Heliae, et Samsonis militum, et hi omnes vocati sunt testes. Ad maiorem quoque cautelam et corroborationem facti mandavi presbytero

40 Benedicto, dilecto notario meo, ut haec in suis scriptis redigeret et mei sigilli impressione consignet.

Anno dominicae incarnationis 1209, pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius
12, mense Decembris die 6, Iohannes de Ceccano dilecto familiari suo Raheli et Iohanni filio
eius salutem et amorem. Volentes diligere ecclesiam sanctae Mariae de Flumine, et in veneratione
45 eiusdem abbatem domnum Landulfum et eius socios habere, atque in iustis petitionibus
tuis te in hac parte audire; admittimus preces tuas, atque damus tibi licentiam vendendi
vineam quam tu habes ad rivum balnei, secundum quod petisti. Et ego Rahel nulla vi coactus
sed propria spontaneaque mea bona voluntate et filii mei Iohannis trado et vendo tibi domino
Landulfo tuisque successoribus pro ecclesia sanctae Mariae de Flumine vineam unam in territorio
50 Ceccano in loco qui dicitur Rivas balnei, cuius latera sunt haec: a primo latere vinea
Petri Maioris, a secundo latere vinea praescriptae ecclesiae, a tertio latere terra Rainaldi de
Sergia, a quarto latere terra Rosae de Pasa. Hi sunt vocati testes: Petrus de Guerra, Benedictus
de Rainone et Crescentius Menasterialis.

p. 300.

1210. Oddo dictus imperator per Tusciā aestivo tempore permanens, mense Novembri prohibitus a domno papa et excommunicatus, consilio domni Petri comitis de Celano et consilio Diopuldi ingressus est regnum Apuliae. Celebrato festo sancti Martini super Soram, tota terra usque Capuam redacta est in suo imperio; et citius quam potuit ivit super Aversam, et obsedit eam usque ad nativitatem Domini; non valens eam capere, reversus est Capuam, et hiemavit ibi, faciendo machinas ad capiendas civitates quae noblebant venire ad suam fidelitatem.

5 1211. Adveniente tempore aestatis, tota Apulia et Terra Laboris et maxima pars Calabriæ devenerunt ad fidelitatem Oddonis dicti imperatoris. Interim nuntii Alamanniae
10 venerunt ad Oddonem dictum imperatorem, qui dixerunt ei totam Alamanniam rebellatam fore. Et omnes archiepiscopi episcopi abbates duces principes comites et omnes barones Alamanniae elegerunt Fridericum regem Siciliae in imperatorem, et mandaverunt in Siciliam nuncios, qui conducerent dictum Fridericum salvum et incolumem ad recipiendum imperium in Alamannia. Quo auditu predictus Oddo imperator congregavit comites Apuliae et Terræ Laboris, confirmavit cum eis pacem et suam bonam voluntatem. Tactus dolore cordis intrinsecus, reversus est in Alamanniam, insidiando qualiter iam dictum Fredericum regem Siciliae capere posset, si ausus foret arripere iter vel per mare vel per terram.*

15 * *In margine codicis 2. haec leguntur:* Hoc anno tanta nix descendit ad terras, quod omnis homo vivens dicebat numquam tantam vidisse; per planitem duxit aquam ultra modum, et tam hiemavit per 15 dies, quod desiccavit multas ficus per vallas a radicibus.

1212. Fredericus rex Siciliae sola misericordia Dei vocatus in Alamanniam electus imperator, arripiens iter eundi in Alamanniam 16. Kal. Aprilis, quod fuit sabbato palmarum applicuit Gaietam, ibi honorifice receptus et ministratus mansit per mensem, postea ivit Romam. Quem dominus Innocentius papa tanquam et benigne suscipiens, cum maxima honorificentia eius solvit omnes expensas in civitate, et extra ei .. uncias auri dedit, et

omnia necessaria ei atque galeis usque Genuam ministravit et licentiavit et commendavit rerum, qui (pervenient) Papien. cum al.... cum ditantes salvum (niam) qui .. incredibili haberetur

30 1213. dominus Innocentius III. papa cum fratribus suis cardinalibus constituit et ordinavit concilium, et misit litteras per omne seculum, ut omnes qui debebant interesse concilio, in tertio anno in mense Novembri parati essent Romae.

1215. Tempore domni Innocentii papae tertii, anno eius 18, mense Novembri, 3. Idus Novembris dominus papa Innocentius primo ascendit in thalamum, et ibi celebrata oratione et benedictione super conventum, sic exorsus est dicens: *Desiderio desideravi hoc pasca manducare vobiscum antequam moriar* etc. Interfuerunt huic concilio 412 episcopi, primates autem et metropolitani 71, exceptis patriarchis. Abbates vero et priores ultra octingenti, exceptis omnibus nuntiis archiepiscoporum et episcoporum et aliorum praelatorum absentium, nec non regum et principum. Initiatum et completum est hoc concilium in ecclesia Salvatoris Romae quae Constantiniana vocatur.

40 1216. 10. Kalendas Iunii tempore domni Innocentii III. papae venit comes Rogerius de Aquila cum exercitu suo in territorio Ceccano, devastavit segetes Sanctae Mariae Fluminis, et incendit ei unam molam et duas molas Sancti Clementis; et sic rediendo hospitatus est in territorio Castri. Alio die coepit reverti Fundum, et dominus Iohannes de Ceccano insecurus est eum, invenit eum in territorio castri Vallisersae, praevaluit super eum; fugatus est comes, et dominus Iohannes cepit de exercitu suo Robertum de Aquila patrum comitis cum 70 militibus electis et aliis hominibus; praeda animalium fuit in quantitate bestiis, alia praeda robba fuit infinita, et comes et sic fugiendo usque Fundum cum reliquis domni Iohannis de Ceccano non detulit secum domni Iohannis de Ceccano in campo re ntes, et exultantes de tanta Perusinam civitatem

55
9. Kalendas Augusti consecratus est. Pridie Kal. Septembris reversus est apud Romam ad Sanctum Petrum. Pridie Nonas Septembris receptus est in ecclesia Lateranensi cum tanto gaudio et veneratione, gloria et iucunditate, quod omnes videntes dixerunt, quod nullus de praedecessoribus suis in receptione similis ei fuisset.

p. 301.

3. Kal. Augusti die sabbati castrum Moroli per fortiam domni Iohannis de Ceccano captum est et combustum. Captus est ibi Oddo Novellus de Columna cum undecim suis militibus, et soror eius Mabilia cum quadam filia sua ducti sunt in captionem apud Ceccanum. Peccatis exigentibus de castro Moroli 424 capita tam virorum quam mulierum,
5 tam senum quam parvulolum combusta sunt. Omnes autem reliqui milites et layci redacti sunt sub potestate et fidelitate domni Iohannis de Ceccano sacramento. Dominus Thomas de Supino dolens et tristans deleliquit Campaniam comitis Rogerii de Aquila. et dedit domno Iohanni de Ceccano 1000 libras proveniens et fecit se fidelem cum sacramento in sempiternum domno Iohanni de Ceccano, et dedit ei filium suum obsidem ad fidelitatem et veritatem conservandam. Dominus Iohannes de Ceccano primo loco reddidit domno Thomae uxorem suam cum filia; dominum Oddonem de Columna cum suis militibus dedit in potestate domni Iohannis cardinalis de Columna.
Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et clericis Sanctae Mariae de Flumine de Ceccano salutem et apostolicam benedictionem. Iustis potentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus grato concurrentes assensu, ad exemplar felicis memoriae Innocentii papae praedecessoris nostri personas vestras et ecclesiam sanctae Mariae de Flumine, in qua divino estis obsequio mancipati,

20 *cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis praestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem sancti Stephani et sancti Quirici ecclesias cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis, forestam iuxta ecclesiam sancti Stephani, et de capite pontis de prato, et de tineis molendina, vineas, redditus, decimas, oblationes, homines, hortos, cannapinas, et possessiones alias ad vestram ecclesiam pertinentes, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesiae autoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Libertates quoque et immunitates, necnon et exemptiones secularium exactionum a dilecto filio nobili viro Iohanne de Ceccano tam pie quam provide vobis et ecclesiae vestrae concessas, sicut in authentico eiusdem nobilis perspeximus contineri, ratas habemus, et eas perpetuis temporibus illibatas decernimus permanere, cuius tenorem de verbo ad verbum praesenti paginae duximus inserendum: „In nomine Domini. Anno dominicae incarnationis 1196. – insigniri.” Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani 13. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno primo.*

35 1217. Mense Aprili quidam comes Francigena, nomine Petrus de Alsurla, a Graecis vocatus et electus in imperatorem Constantinopolitanum, adplicuit Romam cum uxore et filiis et alio comitatu. Honorifice a domno papa Honorio et a clero et a cuncto populo Romano est receptus. 5. Idus praedicti mensis in ecclesia sancti Laurentii foris murum cum magna gloria et decore coronatus est a summo pontifice cum uxore sua; et postea dominus papa dedit ei conductorem itineris et defensorem domnum Iohannem de Columna presbyterum cardinalem, tituli Sanctae Praxedis. Incipientes iter, transierunt mare eentes per imperium Romaniae gaudenter. Maior potestas imperii Romaniae et ditior invitavit praedictum imperatorem, ut dignaretur ire per terram suam, promittens ei omnes expensas

40 45 usque in civitatem Constantinopolitanam, callidus insidians et decipiens imperatorem. Tunc imperator cum domno cardinale ingressi sunt terram praedictae potestatis; quae potestas et dignitas apud nos dicitur Comminio, nomine Teodorus. Qui postquam recepit imperatorem et domnum cardinalem, voluit eos occidere. Sed responsum est ei ab amicis et fidelibus dicentibus: *Si istos occideris, semper habebis guerram ab imperio et a summo pontifice et tu et heredes tui; si servaveris eos vivos, non erit qui te debellet.* Posuit eos audacter in custodiam, et constricto custodivit eos in ergastulis. Imperatrice nolente declinare a recto itinere, perrexit salva et gaudens in Constantinopolim, et tanquam domina et imperatrix recepta dominabatur.

50 50 Idus Mayas dominus papa Honarius egressus Romam venit Anagniam. Pridie Nonas

p. 302.

5 Iulii dedicata est ecclesia sancti Petri de Villa Magna per manus summi pontificis domni Honori. 14. Kalendas Augusti dominus papa venit Ferentinum. 8. Idus Septembbris dominus papa Honarius ivit Aletrum. 17. Kalendas Octobris dedicata est ecclesia Casaemarii honorifice per manus domni papae Honori, ubi fuit ipse cum omnibus cardinalibus notariis et cum tota curia sua. Interfuerunt huic dedicationi duo archiepiscopi Yspanenses, 11 episcopi. Per gratiam Iesu Christi tanta fuit ibi abundantia ciborum in pane et vino, in piscibus, in caseo et in ovis, quod omnes sine murmuratione plenarie receperunt cibaria in sero et in mane. Plus quam mille equi inventi sunt ad annonam; tot et tanti equitantes adhaeserunt domno Iohanni de Ceccano, quod in castris eius ultra 400 equi adnumerati sunt.

10 6. Nonas Octobris dominus papa reversus est Romam.

Hoc anno tanta multitudo christianorum coadunata est in Hierosolymitanis partibus in campo super Acre, quod volentes numerare, numerati sunt ultra viginti milia equitantes alia turba non poterat pree multitudine numerari: per bonam estimationem dictum fuit, quod plus quam 200 milia peditum erant. Peccatis exigentibus in hoc populo christiano tanta inopia panis advenit, quod unus parvus panis vendebatur 12 denariis. De communi 15 igitur consilio domni patriarchae et aliorum qui praeerant populo, praeceptum est omnibus pauperibus, ut redirent ad propria. Solum in mense Settembrio tot et tanti fuerunt, quod naves eos reducentes fuerunt 66. Per bonan aestimationem communiter dicebatur ab 20 omnibus quod corpora mortuorum cruce signatorum in eundo et redeundo supra centum milia fuere inventa; ab aliis permanentibus in illa sancta terra non tantum honoris vel auctoritatis factum est quod valeret obolum.

In nomine Domini. Amen. Infrascriptae sunt constitutiones ac antiquae et approbatae consuetudines, a tempore cuius in contrarium memoria non existit, habitae et ordinatae inter maiorem ecclesiam Ferentinam et reverendam ecclesiam sanctae Mariae in Flumine de Ceccano.
25 *In primis, quod ipsa ecclesia sanctae Mariae seu abbas et capitulum eiusdem ecclesiae pro parte et nomine ipsius tenentur tempore visitationis facienda, prout consuetum est, per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum episcopum Ferentinum praesentem vel qui pro tempore fuerit, eundem dominum episcopum cum competenti familia, si sibi placuerit, in 30 eadem ecclesia et eius domibus, praefatae ecclesiae sumptibus et expensis, secundum quod facultates supradictae ecclesiae patiuntur, in comedibilis et potabilis recolligere, et sibi humiliter et devote nihilominus ministrare.*

Item est, dum eidem domino episcopo cum predicta sua competenti familia placuerit, in 35 praelibata ecclesia et eius predictis domibus laudabiliter commorari. Item comedibilis et potabilis sibi exeniata vel presentata intrare debent ad usum communem domini episcopi memorati eiusque familie supradictae, nec non abbatis et capituli predictorum in cellarium ecclesiae supradictae.

Item quod praetitulata ecclesia debet sua libertate et immunitate gaudere, nec ad aliquid aliud astringi nisi ad quartam partem duntaxat decimae et commutationem; aliis vero franchitis 40 libertatis et immunitatis suis successuris perdurare debet secundum tenorem et formam papalium privilegiorum.

FINIS CHRONICON FOSSAE NOVÆ.